4 ¶ † Item monachus ꝛ quilibet regularis ab aduocationibus prohibetur, vt extra ne cle. vel mona. per totum. ꝛ extra de postula. ex parte. xvj. q. j. placuit. vbi dr. Placuit nostro communi consilio ꝛc. Supra totus tenor illius in titulo, qtra actorē. ad hoc facit eod. titulo. ꝛ. ea. q. monachi. ꝛ cap. alia est causa. ꝛ. iij. qō. vij. c. Sunt autem. de hoc dictum est plene. supra. c. in tit qtra. Item procuratorem. in. §. item monachus ꝛc. ꝛ ibi recurras.
¶ † Item presbyter vel clericus in sacris promotus, vel in minoribus ordinibus qstitutus. dūtamen ille qui est in minoribus ecclesiastico beneficio sustēteť, ab aduocationibus repelli possunt, vt. xiij. qō. v. deniqz. extra de postu. c. j. ij. ꝛ. iij. C. de testamen. l. qsulta. ꝛ C. de epis. ꝛ cleri. l. repetita. C. vbi in casibus, vt in iuribus allegatis. ꝛ. iij. q. vij. §. tria. ꝛ §. sunt autem. vbi dr plene que persone possunt postulare, ꝛ que non ꝛ pro quibus personis.
5
6 ¶ † Item nullus clericus debet aduocare coraz iudice seculari, vt. C. de epis. ꝛ cle. l. placet. ꝛ hoc notatur. ff. de postu. l. j. §. ij. ꝛ in predicta. l. repetita, ꝛ maxime in causa criminali, vt extra ne cle. vel mona. c. sententiam. ꝛ per totum. ꝛ. lj. dist. aliquantos. xxiij. q. vij. his a quibus. vbi dicitur. His a quibus domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non lz.
7 ¶ † Item procacibus verbis ꝛ improbis aduocare prohibitum est, vt. C. de ap. l. fina. §. in frustratorijs. argu. C. de vete. iur. enu. l. j. §. nostram. ꝛ nihilominus est infamis, vt tertia questio. septima infamis. §. tria. vbi dicit si quis adeo procax ꝛc. de verbo ad verbū ponit infra eodem illud idem est. C. de postulan. l. qsquis.
8 ¶ † Item quicunq in aliqua causa principali iudex fuerit vel assessor, aduocare postea non poterit in eadem. C. eodem. l. quisqs. in prin. ꝛ in fi. C. de assef. l. fi. in prin. vbi dicitur. Ne cuz in vtrūq festinet, neutrum bene peragat.
9 ¶ † Item infamis aduocare non pōt, vt. ff. de postulā. l. j. §. hoc edictum. ꝛ §. ait pretor. ꝛ. l. qs prohibet. ꝛ C. de postulan. l. qsquis. ꝛ de hoc plene qsuevit notari. ff. ad. l. iuliam. repetun. l. hac lege. §. j. ꝛ. iij. q. vij. infamis. §. tria. ꝛ §. sunt autem. ꝛ hoc est verum nisi pro certis personis que enumerant in dicto. §. tria. versicu. Alij enim omnes ꝛc. ꝛ hoc intelligit de illis infamibus qui non sunt summa turpitudine notati, nec etiam sunt infames ipso iure, vel damnati de crimine capitali; nam tunc pro aliquibus aduocare non possunt, vt dicit dominus Azo in summa sua in. c. eo. §. Alij
10 aūt sunt ꝛc. ¶ † Itez excommunicatus aduocare non potest per iura preallegata. ꝺ in titulo contra procuratorem. §. j.
¶ Item publice pugnantes cum bestijs in arena, pro alijs aduocare non debent, vt. ff. de postulan. l. prima. §. item senatusconsulto. iij. q. vij. §. infamis. §. tria. ꝛ hoc est, qz infamis est, vt dictū est
11 in illo. §. item infamis ꝛc. supra. ¶ † Item si fuerit in vna causa aduocatus contra Titium, in eadem causa pro ipso Titio aduocare non dz, vt. ff. de his qui notantur infamia. l. athletas. §. idem procurator. ꝛ. ff. de preuarica. l. iij. §. quod si aduocato. ꝛ C. de aduocat. diuer. iudi. l. prima. ꝛ hoc est verum nisi in casibus quos habes. ff. de postulan. l. fi. ꝛ facit ad hoc. xciij. dist. legimus. ꝛ. c. diaconis. ꝛ de hoc qsuevit notari in predicta. l. ff. ꝺ postulā. l. fi.
12 ¶ † Item ab aduocatione remouetur qui cum graui damno pactus est cū suo clientulo de quota parte litis sibi prestanda. C. de. tit. l. si qui. ꝛ. iij. questio. vij. §. arcentur. ¶ Item repellitur ab aduocatione q lege iulia. repe. fuerit condēnatus, vt. ff. ad. l. julia. repe. l. hac lege. ¶ Item nota in istis versibus q sequuntur, illos q aduocare prohibentur. ¶ † Non cuicunq datur vt postulet,
13 immo vetat. Luminibus carēs, mulier muliebria passus. Addictus pene, seruus, puer, actor arene. ꝛ hec ꝓbant. iij. q. vij. §. tria. ¶ Itez nota quod aduocatus stari debet dum aduocat, vt. C. de

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

postulan. l. quisquis. in fi. ⁊ in auc. vt ab illustribus. §. j. col. v. vbi de hoc. ⁊ C. de offi. cini. ind. l. j. ⁊ C. vbi senatores vel clarissimi. l. fi. §. sedendi. ⁊ non dꝫ iterare ea que semel fuerint perorata. vt
14 C. de appel. l. fi. §. non iure. ¶ †Item nota quod si aliquis aduocatus amonitus fuerit a iudice vt alicui suum prestet patrocinium ⁊ ei non obtemperauerit, postea repelli poterit ab aduocatione in curia illius iudicis, nisi se rationabili causa excusauerit, vt. iij. q. vij. §. tria. vbi dicitur. si quis vero amonitus ⁊c. intra est tenor illius. c. arg. ff. de postulan. l. quos prohibet. ⁊ C. eod. l. prouidendum. §. si quis vero. vide tamen an [illegible] aduocare in perpetuum vel ad tempus. [illegible] hoc tractatur. §. eodem titulo. l. j. ⁊
15 ff. de pen[illegible] ¶ †Item nota quod si aduocatus exceptionem di[illegible] post litem contestatam proposuerit, de rigore iuris puniri dꝫ in vna libra auri, vt C. de exceptio. l. si quis aduocatus.
¶ Item nota quod aliquis aduocatus esse non dꝫ, nisi peritiam habeat literarum quãquam sit peritus in exercitio, vt. C. de aduoca. diuer. iudi. l. iubemus. ff. de vacatione ⁊ extraordina. cogni. l. j. §. aduocatus. ⁊ in auc. de iudi. in princ. col. vi. ibi nos igitur ⁊c. C. de postulan. l. ij. ⁊ hoc secundum quosdam. Alij dicunt quod sufficit si exercitium causarum habeat. C. de [illegible]dic. l. certi. vbi de hoc. ⁊ in predictis. ll. dicitur quod inter aduocatos non numerantur, nisi fuerint literati, tamen hoc hꝫ locum in aduocatis qui salarium de publico recipiebant qui erant centum numero. vt ibi
16 dicitur. ¶ †Item tabellio vel seruus non dꝫ aduocationis officium exercere. arg. C. de decurio. l. vniuersos. ⁊ consuenit notari. C. de tabul. l. generali. lib. x. in fine. ¶ Ultimo no. quod ad euidentiã istius presentis tituli quis possit esse iudex vel aduocatus, ⁊ quis non totum. ⁊. quod est. iij. q. vij. infamis. hic de verbo ad verbum inserui, sine scripsi in hunc modum.

SVMMARIVM

1 Infamis nec procurator esse põt nec causarum cognitor.
2 Postulare quid sit.
3 Postulare qui prohibeantur.
4 Infames pro quibus possint postulare personis, ⁊ nume. 5.
6 Procax in verbis aduocatus esse non poterit.
7 Aduocatus cuilibet parti patrocinium denegans foro carebit.
8 Aduocatus qui egit causam fisci potest contra eundem patrocinium prestare.
9 Filius in re patris arbiter esse potest.
10 Seruus arbiter esse non potest, libertinus autem sic.
Infamia pluribus irrogatur modis.

¶ Tertia. q. vij. Infamis.
¶ Textus est decreti.

Infamis persona nec pro-

1 curator †esse põt, nec cognitor. tria sunt quibus alii qui impediuntur, ne iudices fiãt. Natura surdus ⁊ mutus, ⁊ perpetuo furiosus, ⁊ impubes, qꝫ iudicio caret lege qui senatu motus est. Moribus femine ⁊ serui. non qꝫ iudicium non habeant, sed qꝫ preceptum est vt curialibus non fungantur officijs verum si seruus dum putaret liber, ⁊ ex delegatione sententiam dixit, quãuis postea in seruitutem depulsus est, sntia ab eo dicta rei iudicate firmitatem tꝫ, vel hꝫ lex in. ff. titu. de postulan. Infames esse non possunt procuratores vel patroni causarum. Sũt
2 autem tres ordines eorum qui prohibentur postulare, † est autem postulare desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni preest exponere, vel alterius desiderio contradicere, vt premisimus. Non postulãtium tres ordines sunt. Quidaꝫ prohibentur omnino postulare, vel propter etatem. vt minores. xviij. annis, vel pp causam, vt surdus qui omnino non audiuit. Alijs prohibet ne pro alijs postulent, vel ppter sexum vt femine, vel propter casum, vt vtroq; lumine orbati, vel ppter notam turpitudinis, vt hi qui corpori suo mulierbia passi sunt, nisi forte in põdus
3 vel hostiũ stupratí prohibentur. †Similiter qui capitali crimine vel calũnia publici iudicij sunt dãnati, vel qui operas suas locauerint, vt cum bestijs depugnarent in arena. pro alijs prohibẽt postulare, his personis pro se allegare permittit, pro alio prohibet, nisi forte tutelam impuberum vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent, pro his enim quorum
4 curam gerunt eis postulare permittitur vel cõceditur. † Alij n. omnes qui vt infames notant, nisi pro se ⁊ pro certis personis postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint, p-

mittit. autem eis postulare pro parentibus, patrono vel patrona, pueris et suis, fratre ⁊ sorore, socero ⁊ socru. genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigna, priuigno, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, ⁊ fatua, prodigo, surdo, muto, ⁊ adolescente.
5 ¶ †Item pro alijs quibus pp infirmitatẽ curatoris dari solent, ⁊ qui negotijs suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. omnes autem qui non sponte sed necessario funguntur officio sine offensa postulare possunt, etiaꝫ si bi quibus non nisi pro se postulare permittitur, propter affinitatem vero non eas accipere debemus que quondaꝫ fuerunt sed presentes nurus, ⁊ generi appellatione, ⁊ soceri ⁊ socrus, ⁊ vlteriores quibus solet accidere continentur. arcenturẽt a professione aduocatorum. sicut in. ij. lib. C. tit. de postulando inuenit, qui sub nomine honoratorum ex ipsis negotijs que intrãda susceperũt emolumentũ sibi certe partis cũ graui dãno litigatoris, ⁊ depredatione poscentes inueniuntur.
6 ¶ †Item si quis adeo procax fuerit vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis sue immutationem patiatur, propterea non lꝫ aduocato vllum contractum inire, vitam pactionẽ subire, conferrecum eo litigatore quem in propriam fidem recepit, nec ex industria iurgium protrahere apud vrbem Romam, et honoratis qui hoc putauerint eligendum eo vsq; liceat orare quousq; maluerint, vcꝫ vt non ad turpe compendium ⁊ stipes de formem hec arripiatur occasio. Nam si lucro pecuniaq; capiantur, veluti abiecti, vel degeneres inter vilissimos numerabunt.
¶ Si vero in vno auditorio duo tantũ vel plures pre ceteris fuerint, quorum fama sit hilarior in iudicantis officio sit vt par causidicum distributio fiat ⁊ exequatur pro partibus auxiliuꝫ singu-
7 lorum. ¶ Si quis vero motus a iudice ea excusatione que ne queat comparari cuilibet parti patrocinium denegauerit, careat foro, sciatq; sibi eum nunquam agendi copiam posse restitui. si quis autem litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus, ⁊ aduersario suo subtraxisse pari defensionis copiã ostendet, procul dubio iniquam a se litem fouet, ⁊ auctoritatem iudi-
8 ciariam elusam a se experietur. ¶ †Item quãuis illi qui causam fisci egissent prohibeantur aduersus fiscum patrocinium prestare, tamen hodie aduersus fiscum possunt patrocinium prestare, vel exhibere priuatis. dum eam causam decinent suscipere quã tractauerant dum fisci aduocati fuerunt. ¶ Itez si contra patrẽ pupilli causam egisti, tutor vel procurator datus, causam eandeꝫ defendere non prohiberis. Cognitores vero ex officio intelligũtur non ex arbitrio, nihil. n. refert qui arbitrium suscepit, an sit in
9 tegre fame, an ignominiosus. ¶ †Filius enim et in re patris arbiter esse põt, nam et iudicem eum esse posse plerisq; placet.
¶ Si quis vero iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei de qua iudex est in se compromitti iubere prohibet, ⁊ si sententiam dixe-
10 rit, non est danda pene persecutio. ¶ †Seruus autem arbiter esse non vꝫ, libertinus esse põt. porro infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati p sententiam, veluti cum iudex pronuntiat iniuriam feciſti, hꝫditatem compilasti, calumniatus es. Aliquando genere pene, sicut illi qui damnantur in opus publicum, qui pristinum quidem statum obtinẽt. Sed damno infamie et post impletuꝫ tempus subiiciunt. Aliquando pene ⁊ delicti declarati per sententiam, veluti dum fustibus cesi. per preconem dicit cicofantis, idest calũniatoꝛ. Aliquando ipso genere facti, vt exercentes improbum fenus. ⁊ illicite exigẽtes vsuras vsurarum, ⁊ que intra tẽpus in quo moris est lugere maritum, matrimonium contrahit, ⁊ qui sciens eam vxorem duxit.. ¶ Itez testatur Felix papa, ⁊ eisdẽ verbis. ¶ Item euangelium, ille qui trabem in oculo gestabat, probat educere non posse festucam de oculo fratris sui. ¶ Item Dauid in lib. Psal. peccatori autem dixit deus. quare tu enarras iustitias meas ⁊c. ¶ Item Grego. Cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio contemnatur.

SVMMARIVM

1 Tutorum quidam sunt testamentarij quidam dativi, ⁊ alij legitimi.
2 Tutores quidam ex inquisitione dantur ⁊ quidam sine.
3 Tutores qui satisdare teneantur.
4 Tutor ⁊ curator administrare non possunt nisi prius inuentariũ fecerint.
5 Tutor vel curator ante omnia inuentarium facere dꝫ in rebus pupilli vel adulti.
6 Inuentarium triplex reperitur.
7 Maritus non potest esse tutor vel curator sue vxoris.

Here-

Heres tutores eiusdem pupilli non potest esse tutor.
8 Mulier non potest esse tutrix.
9 Mater tutrix fideiussorem dare debꝫ promittentem rem pupilli saluam fore.
Seruus tutorem habere non potest.
10 Tutor non potest dari tutorem habenti.
11 Tutor datus in testamento minus solenni non admittitur nisi cõ firmatus.
12 Mater non potest in testamento curatorem dare filio.
13 Tutor non auditur nisi iudicio sisti cauerit.
Episcopus vel regularis quispiã tutor vel curator esse non põt.
14 Tutor certus dari dꝫ ⁊ non incertus.
15 Tutor procuratorem dare non potest.
16 Tutor vel curator ad iudicium veniens qualis sit attendi debet, ⁊ nu. sequenti.
19 Tutor datus in minus solenni voluntate debet confirmationem ostendere.
20 Tutor legitimus non admittitur si testamentarius reperiat̃.
21 Tutor testamentarius est datiuo preferendus.
22 Tutor tria facere tenetur antequam admittatur.
23 Tutelam administrare est officium virile.
24 Tutela mulieris legitima est ⁊ legitime suscipienda.
25 Mater in tutela est ante preferenda.
26 Minor viginti quinq; annis non põt esse tutor.
27 Inuentarium incaute factum pro infecto est habendum.
28 Inuentarium omnes res pupilli continere dꝫ ⁊ proponentus ⁊ instrumenta.
29 Tutor iuratus esse debet.

¶ Contra tutores ⁊ curatores. Articu. xj.

Equitur videre contra tutores ⁊ curatores, plures enim tutores ⁊ curatores se dicunt q esse non põt. ⁊ idcirco contra ipsos aliquid

1 videamus. † Primo tñ sciendum est quod tutorum ⁊ curatorum, alij sunt testamentarij, alij datiui, alij legitimi. ¶ De testamentarijs dr̃ in institu. de satisda. tut. §. j. ⁊ in institu. de tutel. §. permissum. ⁊ in instit. qui dari tutores in testamento possunt, per totum. ¶ Item de datiuis dicit̃ in institu. de attiliano tuto. ¶ Item de legitimis dr̃ in insti. de legiti. agn. tut. ⁊ in ti. ꝺ fiduciaria tutela.
2 ¶ † Item alij sunt dati ex inquisitione, alij sine inquisitione. Sed cum in corpore iuris ista materia in locis pluribus sit diffusa, parum tamen dicam, ⁊ idcirco dicas quod dati sine inquisitione ⁊ legitimi satisdare debent rem pupil. sal. fo. vt in instit. de satis. tuto. ⁊ cura. §. j. C. in quibus can. in integ. resti. l. si tutor. C. de postulationibus. ⁊ C. de curatore furi. l. fi. §. sed cum antiquitas. ff. de test.
3 tu. l. testõ. ⁊ l. si nemo. † ⁊ qꝺ dixi de datis sine inquisitione quod satisdare debent, idem dico de datis ex inquisitione, vt ex constitutione greca de qua fit mentio in institutio. de attil. tuto. §. pen. ⁊ de hoc plene consueuit notari. C. de tuto. ⁊ curatorib. qui satis. non dedit. l. j. ⁊ in instit. de satis. tut. §. j. remittitur tamen satisdatio si tutor vel curator locuples sit. C. ꝺ episcopali audi. l. de creationibus. ⁊ C. de curato. furi. l. fi. ff. de testamentaria tutela. l. testamento. circa fi. ff. de legiti. tut. l. legitimos. circa prin. Sed vr̃ contra. ff. de procur. l. si minor. §. fi. ⁊ l. seq.
4 ¶ † Item no. quod tutor vel curator tria habent facere sine quibus administrare non possunt. s. quod faciant inuentarium, ⁊ qꝺ iurent ⁊ caueant sub hypoteca rerum suarum. C. de episcopali audien. l. de creationibus in fi. vbi dicitur ipso autem curatore cuiuscunq; substantie vel dignitatis est prefatum sacramentum proutiliter rebus gerendis prestante, ⁊ inuentarium publice conscribente, ⁊ hypoteca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus possint vndiq; res vtiliter gubernari. ad idē. C. de cur. fur. l. fi. §. sed cuꝫ antiquitas. vbi dicitur. In prouincijs aũt apud presidem eiusdem prouincie presente etiam tam viro religiosissimo locorum antistite q̃ tribus primatibus, ⁊ actis intercedentibus, tactis sacrosanctis scripturis, edicat omnia se recte, ⁊ cũ vtilitate furiosi agere, neq; pretermittere ea vtilia furioso putauerit esse, neq; admittere ea q̃ inutilia existimauerit, ⁊ inuẽtario cũ subtilitate publice ꝙscripto res suscipiat, ⁊ eas ꝑm sui opiniones disponat, sub hypoteca rerũ suarum ad eum pertinẽtium ad similitudinem tutorum, ⁊ adulti curatorum. ad idem. C. de arbit. tut.
5 l. fi. §. illo procul. vbi dicit̃ † illo procul dubio obseruando, vt non audeat tutor vel procurator res pupillares vel ad vtiliter attinere, vel vllam sibi cõionem ad eas vendicare nisi prius inuentario publice facto ꝑm morem solitum res eis tradantur nisi testatores qui substantiam tranſmittunt specialiter inuentarium cõscribi venerint ⁊c. ad idem facit in auc. de here. ⁊ fal. in. §. sancimus. vbi dr̃ qualiter fiat inuẽtariũ. col. j. ⁊ ff. de admi. tu. l. tutor. §. j. in fi.
6 ⁊ ff. de susp. tu. l. tutor. §. tutores. † Scire tñ debes q triplex est inuẽtariũ, est. n. inuẽtarium tutoris ⁊ cura. est inuẽtarium hr̃dis, est inuentarium fisci. de inuentario tutoris vel curatoris dicit̃. C. de admini. tut. l. tutores. ff. eo. l. tutor qui. de inuẽtario hered. dr̃ in auc. de here. ⁊ fal. l. sancimus igitur. colꝰ. j. vbi docetur qualiter ꝙficiatur inuẽtarium. ⁊. C. de in. deli. sancimus. §. sinaute dubius. De inuẽtario fisci dicitur. C. de bo. prescrip. l. si quis. arg. in auc. de collato. §. si vero aliq̃. col. iij. C. de bo. vac. l. iij. lib. x. sed
7 qũo fieri debeat inuẽtarium. j. dicã. ¶ † Item maritus tutor vel curator vxoris sue non põt. vt in insti. de excu. tu. §. fi. vbi de hoc ⁊. C. qui dari tuto. vel cu. possunt. l. maritus. ff. de cur. fur. l. iure. ⁊ est ratio, qꝛ si male gereret, vxor propter affectionem sibi remitteret. ¶ Item si heres tutoris tutor esse vellt audiri non dꝫ, qꝛ nemo in tutela succedit, nisi intantum q̃ heres tenet̃ perficere ea q̃ inchoata fuerãt ab illo cuius est heres. ⁊ de hoc dicit̃. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. tutoris. ⁊. l. seruus. §. si vino. C. de infami. l. furti. §. penul. ff. de here. tut. l. j. arg. ff. pro socio. l. heres socij. ⁊. l. vex. C. de neg. gest. l. curatoris. C. si quis rem mili. igno. l. j. ff. de tu
8 tel. l. tutela. ¶ † Item notare potes q mulier tutrix esse non põt vt. C. qñ mulier offi. tu. fun. pos. l. j. ⁊. ff. de regu. in. l. ij. extra de ar bi. dilecti. intellige tñ nisi a principe tutelam filiorum specialiter impetrauerit. ff. de tutel. l. fi. ⁊ in pluribus alijs iuribus vel legib. ⁊ dꝫ renuntiare velleiano, omni iuris auxilio, vt. C. quãdo mulier offi. tu. fun. pos. l. ij. ⁊ dꝫ iurare se ad secundas nuptias non trãsire, vt. C. eo. ti. l. ij. ⁊ fina. ⁊ auc. ibi posita. Mater tamen hodie in re nouo admittitur tutrix in filijs cuꝫ iuramento, vt. C. eo. in auc. sacramentũ. ⁊ extra de appel. ex parte. dum renuntiet, vt dictuꝫ est, ⁊ preferr̃ omnibus tutoribus legitimis ⁊ datiuis, non autẽ testamentarijs, vt in auc. de hr̃di. ab intesta. §. ex bis. colla. ix. ⁊ in auc. vt matres sine ꝓhib. tu. ge. §. qꝛ vero. colla. vij. C. eo. auc. mater. ⁊ q̃ cito ad secund. nupt conuolauerit, soluta est tutela quasi esset mortua, vt in predicto. §. qꝛ vero. tamẽ si voluerit esse tutrix, vt dictum est dꝫ canere rem pupilli sal. fo. ⁊ facere inuentarium. vt in auc. vt matres sine prohibi. §. fi. colla. vij. ⁊ opꝫ quod sit maior. vt in insti. qui dari tuto. pos. §. furiosus. ⁊ hoc põt impetrare
9 a iudice ordinario. vt. C. eodem. l. ij. ¶ † Item dꝫ dare fideiussorem qui promittat rem pupilli sal. fo. vt in auc. vt sine prohi. ma. §. fi. quicquid tamẽ dictum sit, clare intelligas quod mulier bene põt esse tutrix filiorum cum illa solennitate que est. C. quãdo mulier officio fungi pos. l. fi. ⁊ de hoc plene dicit̃. j. titulo contra matrem vel auiam ⁊c. ¶ Item seruus tutorem habere non põt, vt
10 .ff. de tutel. l. j. ⁊ in insti. eodẽ. in principio. ¶ † Item tutorem habenti tutor dari non põt, qꝛ non tutor, sed curator datur ei. in instit. de curato. §. interdum. ff. de tutel. l. ij. §. si pupillus. ⁊. l. solet. nisi in casibus. C. quibus causis habenti tuto. vel cura. da. pos. l. l3. ff. de testamentaria tutel. l. idẽ. ⁊. ff. de suspec. tuto. l. tutor. §. si quis affi. ⁊ in insti. de cura. §. furiosi. vbi multa de hoc notanr̃.
¶ Itẽ si mulier in testamento suo filijs vel filiabus suis tutoribus vel cura. dederit põt repelli. nisi in casibus a iudice fuerit ꝙfirmatus. ff. de confirmando tutore. l. j. ⁊ ij. ⁊ est ratio, qꝛ non habet
11 eos in prãte. ¶ † Item si aliquis filijs suis in minus solenni testamento tutorem vel curatorem dederit, nisi a pretore fuerit cõfirmatus. ff. de confirmat. tutor. l. qui a patre. ⁊. l. si filio. ⁊. ff. de administra. tuto. l. tutores. §. curatores.
¶ Item si pater filio naturali tutorem vel curatorẽ dederit. non vꝫ nisi in his que sibi reliquerit vel legauerit. ff. de confirmatio. tuto. l. naturali. C. eo. tit. l. fi.
12 ¶ † Item si pater in testamẽto suo filio curatorem dederit poteris dicere quod non vꝫ, nisi a pretore fuerit confirmatus. C. de episcopali audien. l. de creationibus. in insti. de cura. §. j. ff. de curato. furi. l. penulti. ff. de confirmatio. tuto. l. j. ⁊. ij. ⁊. l. qui a patre. ⁊. l. vtilitatem. ff. de adminis. tutorum. l. tutores. §. curatores
13 .C. de neg. gest. l. curatorem. ¶ † Item nisi tutor cauerit iudicio sisti, audiẽdus non est, vt. C. de admini. l. sancimus. §. defensionẽ.
¶ Item episcopus vel monachus, vel alius regularis tutor, vel curator esse non põt, vt in auctẽ. de sanctissimis episcopis. §. deo autem. col. ix. quod est C. de epis. ⁊ cleri. auc. presbyteros. ij. tamen presbyter, ⁊ diaconus ⁊ subdiaco. ad tutelam iure cognationis vocari possunt, vt in predicto. §. deo autem. vbi dicitur, deo aũt amabiles episcopos ⁊ monachos ex nulla lege, tutores aũt curatores cuiuscunq; persone fieri permittimus. ꝓbyteris aũt

ꝛ diaconis ꝛ subdiaconis, iure ꝛ lege cognationis tutelã aut curã
suscipere permittimus ꝛc. intellige de tutela legitima, non de te-
stamentaria seu datiua, vt ibi notatur, ꝛ. lxxxvj. distinctio. c. per
uenit. vbi de hoc. ꝛ: lxxxviũ. distinc. c. fin. vel dic quod ꝑm predi
cta. c. eps ꝛ monachus possunt esse tutores legitimi, vt ibi notaꝫ,
14 secus ꝑm predictum auctenticum. ¶ †Item si tutor incertus da
tus fuerit non valeret, vt. ff. de testamen. tuto. l. tutor. vbi dicitur
tutor incertus dari nõ põt. ¶ Item tutor vel curator minor. xxv.
annorum esse non põt, vt in instit. qui dari tuto. in test. pos. §. fu
rioſus. C. de legitima tute. l. nemo. ꝛ instit. de fiduciaria tutel. §.
15 fi. ꝛ de excusa. tuto. §. minores. ¶ †Item tutor vel curator procu
ratorem dare non potest, nisi post litis contestationem. vt. C. de p
cu. l. neqꝫ. ¶ Item tutor vel curator non potest rem pupilli, vel
adulti vendere vel alio modo alienare sine auctoritate pretoris,
nec pignori obligare, nisi illa que seruando seruari non possunt,
vt. C. de administra. tut. l. lex que tutores. in fi. ea. l. fi. in fi. ff. de su
spect. tu. l. tutor. §. si tutor. ff. de admi. tu. l. ꝛ si sine. §. quesituꝫ. C. de
predijs mi. sine decre. non ali. l. j. ꝛ ij. ꝛ quasi per totũ. C si aliena
16 res pig. da. sit. l. curator. ꝛ. l. si in rẽ. ¶ †Et vt breuiter videas ꝯ
tutorẽ, vel curatorem ad iudiciũ venientem, hec oĩa cogites ꝛ per
pendas an. s. tutor sit datiuus, an testamẽtarius an legitimus, q-
ras si datiuus, an ex inqsitione, an sine inquisitione. si vero osten
dat se testamentariũ, qsidera personas que possunt dare in testa-
mento ꝛ dari, ꝛ super hoc vide iura. in instit. q dari tuto. põt p
totuꝫ ꝛ in instit. de satisda. tuto. in fi. ff. de testamentaria tu. l. j.
¶ Item considera si sit testm̃ penitus solenne. alia donatio non
17 vꝫ, vt. C. de confirma. tuto. l. ij. ¶ †Item vide si ex illo testamen-
to est adita hereditas. C. de testa. tu. l. sed nemo. ꝛ. §. testamento.
¶ Item si ex testamento obijcias quod illud testamentum fuit
inofficiosum quo casu est procedendum, in questione, ꝑm doctri-
nam. ff. de testamen. tute. l. iure. in fi. ꝛ. l. sequenti.
18 ¶ †Item obijcias testamentum factum irritum, ꝛ vide causas.
ff. de iniust. rupto ꝛ irri. testamen. per totum. ꝛ instit. quib. mo. te.
infir. per totum. ꝛ. C. de liber. prete. vel exhered. auct. ex cã. ꝛ sic
multũ differre poteris causam illam. Caue tm̃ ne calũnioſe hoc
facias. ¶ Item si dicas cãm donationis esse mutatam, de amico
factus est inimicus de diuite pauper, ꝛ ad hoc videas. ff. de testa.
19 .l. tutor pater. ff. de confirma. tu. l. penul. ¶ †Itez si ostendat mi
nus solennem voluntatem in qua dicat se datum. ostendat cõfir-
mationem, ꝛ tu diligenter respice si est facta prout opꝫ, ꝛ sup hoc
vide tit. ff. de confirma. tuto. ꝛ. C. eo. titu. ¶ Item si dicat se legiti
mum tutorem ꝛ proximiorem, tu proba contrarium si potes, ꝛ re
spice. C. de legi. tuto. per totum. auc. ibi posito. ꝛ ff. de legi. tuto.
20 per totum. ¶ †Item potes obijcere quod pater pupilli fecit te-
stamentũ ꝛ in eo dedit tutorem, vñ non est locus legitimo. ff. de te
stamen. tute. l. si sub conditione. ff. de tutel. ꝛ ra. di. l. si tutor.
¶ Item obijcias ei quod non satisdedit idonee, nisi sit pater vel
patronus. de quibus legit. ff. de legi. tut. l. legitimis. §. ij. C. in qb.
can. non est neces. in integ. rest. l. si tutor. ꝛ. C. de tut. l. q non satis
dedit. ¶ Item potes obijcere quod rarde suscepit tutelaꝫ, qꝛ for
sitan post annum. arg. C. de leg. heredi. l. sciant. ff. ad tertul. l. ij. §.
21 si mater. ¶ †Item si dicat se datiuum, vide si fuit aliquis datus
in testamento, ꝛ sic testamentarius precedet datiuum.
¶ Item potes obijcere de legitima tutel. qꝛ qñqꝫ legitima prece
dit datiuam, vt. ff. de tute. ꝛ ra. distra. l. si tutor. §. j. ꝛ qꝛ habenti tu
torem tutor dari non põt, vt supra dictum est. ¶ Itez vide a quo
dixit se datum si fuit datus ab illo qui dare potuit. ꝛ super hoc
22 vide. ff. de tutor. ꝛ curato. da. ab. l. j. ꝛ. l. vbi. ¶ †Item vide an fe
cerit ista tria. s. qõ iurauerit fideliter se facturum ꝛ qõ fecerit in
ventariũ, ꝛ qõ dederit hypotecam, vt. §. dictum est. ꝛ ad hoc facit
C. de epis. audi. l. de creationibus. ¶ Si mater vel auia se dicat
tutricem ex testõ, obijcias q hoc testator facere non potuit. ff. de
testa. tu. l. iure nostro. vbi dr̃ iure nostro tutelã liberorũ cõiuꝫ ma
tri testamento patris fratris frustra mandantur, nec si prouincie
preses imperitia lapsus patris voluntatẽ sequendam, decreuerit
eius successor sententiã quã leges nostre non admittũt recte seq
23 tur. i. persequetur. ¶ †Item dicere potes q tutelaꝫ administra
re virile officium est. C. qñ mulier offi. tu. fun. pos. l. j. ff. de tutel. l.
tutela. ꝛ. l. fi. ꝛ hoc qõ dictũ est q in testamento tutrix dari non
põt, verũ est ꝑm quosdam nisi a principe fuerit confirmata, vel a
iudice, vt. C. qñ mulier of. tut. fun. po. l. ij. in fi. ꝛ in auct. mf. ff. de
neg. gest. l. q aliena. §. quẽqꝫ. ꝛ que dicta sunt de tutela, idẽ dicas
de cura. vt no. in predi. auc. mater. in gl. an idem ꝛc. quicquid tm̃
dixerim in hoc tenendũ est q mater bene põt esse tutrix cum illa
solennitate que est. C. qñ mulier of. tu. fun. pos. l. fi. ꝛ de hoc dictũ
est. §. in ti. ꝯ tutores. ꝛ ibi similiter videas. ꝛ extra de appel. c. ex
24 parte. vbi de hoc. ¶ †Itẽ si dicat se a lege vocatã. obijcias ei, tu
tela tua est legitima, ꝛ legitime suscipiẽda. C. ad tertul. omne in q
bus ca. cõ. l. pe. ꝛ qualiter legitime suscipiaꝫ, no. C. qñ mulier offi.
tu. fun. pos. l. fi. ꝛ in auc. ibi posito. ꝛ in auct. de here. ab intest. §.
ex his. ꝛ in auc. vt sine ꝓbi. §. vlti. coll. vij. ¶ Itez obijcias ei qõ
datus fuit aliqs in testamẽto ergo preferr̃ vt in dictis qstõnibus.
25 ¶ †Itẽ obijcias aute. ℳr̃ pueri te precedit. q nõ preferr̃, vt in
dictis qstõnibus, ꝛ maxime in corpore. ¶ Itez obijcias matri q
ad scꝛa vota trãsiuit, ꝛ j. annũ vel post. vel qõ peccauit in corpore
in tẽpore luctus. C. de secund. nup. l. j. ꝛ in auc. ibi posito. extra ꝛ
appellatio. ex parte. ꝛ in auc. de nup. §. bis autem. col. iiij.
26 ¶ †Item ꝯ omnes supradictos tutores ꝛ singulos, obijcias de
etate ipsoꝝ, qꝛ sunt minores. xxv. annis. C. de leg. tu. l. fi. ꝛ in insti.
q dari tuto. pos. §. furioſus. ¶ Item obijcias de etate impuberis
q excessit etatẽ pupillarẽ. ff. de tut. l. seio. ¶ Item obijcias q nõ
fecisti inuẽtariũ C. ar. tu. l. fi. ꝛ C. de epis. audi. l. de creationibus.
in fi. vel obijcias, tarde fecisti mox intra triduũ vel itra. xxx. dies
27 C. de admi. tut. l. tutor. §. j. ¶ †Item inuentariuꝫ fecisti incaute.
ergo ꝓ infecto hꝫ dꝫ. ff. de his que in testa. delen. l. j. §. j. vbi dicit
q incaute factum est, pro non facto est habendum. ad idem. ff. de
au. tu. l. ij. ꝛ C. ad sille. l. fi. in fi. ꝛ extra de inrepatro. qõ aũt in fi.
28 ¶ †Itẽ obijcias, non posuisti in inuentario res oẽs, ergo non vr̃
actum. C. ad silr. l. preallegata. ꝛ presertim est bona oppositio, si
rem de qua agere non posuisset. ¶ Itẽ non posuisti obuẽtus nec
puẽtus ꝛ res superuenientes. C. de cura. fur. l. fi. vltra me. ¶ Itez
non posuisti totum renorẽ instrorũ pupilli. non habuisti auctorita
tem iudicis. ff. de admi. tuto. l. chirographus. C. de epis. audi. l. de
creatio. vltimum tamen de iudice non admittitur a quibusdam.
29 ¶ †Item obijcias tutori, non curasti cum curator iurare debeat
multomagis tutor, vt in. d. l. de creationibus. ꝛ auc. ibi posito.
¶ Item obijcias questionez seruituris pupilli vel tutoris. ff. de tu
to. l. j. ꝛ C. de admi. tu. l. sed in seruili. C. de patria pote. l. impube
ris. C. de cura. furio. l. vlti.

SVMMARIVM

1 Curator adolescentis ostendere debz an fuerit generaliter datus
vel specialiter ad litem certe rei.
2 Curatori que possint obijci.
3 Curator satisdare debet de ratihabitione.
4 Curator presenti ꝛ petenti debet dari.

¶ Contra curatorem datum adulto. Arti. xij.

Contra curatorem datum

adulto aliquid videamus. Et primo sciẽdũ est vtrũ si
agit tanqꝫ curator adolescẽtis, vel furiosi, vel demen-
1 tis, vel ꝓdigi, vel alterius maioris. †Si tãqꝫ curator adolescẽtis
ostendat rõnẽ, vtrum fuerit gñaliter datus vel specialiter ad li-
tẽ certe rei. Si gñaliter videas a quo fuit datus, ꝛ vide oĩa que
2 .§. dixi in tutore datiuo. ¶ †Itẽ obijcias ei de inuẽtario, vel adul
to, ꝛ sacramento. ꝛ satisdatione ꝛ etate. vt in tutore dixi. ¶ Itez
obijcias qõ si datus curator hñti curatorẽ. ꝛ sine cãe cognitione.
ff. de tutel. l. j. C. qui dari tut. pos. l. tutorẽ. ¶ Itẽ obijcias qõ non
fuit datus volẽti ꝛ petẽti. ff. de tutel. l. q heres. §. pen. Item si da
tus sit ad certam causam, vel ad litem certam, non poteris tot
obijcere, qꝛ forte poterit dari a quolibet iudice sub quo litigatur
C. de admini. tuto. l. fi. in fi. j. responso, ꝛ forte a legato, vel subde
3 legato. †Sed hoc reuocato in dubium obijcias quod non satis-
dedit. ff. rem ra. habe. l. etiam. que obiectio non admittitur ab o
bus, nec in qnolibet loco, qꝛ nihil forte dicit de lite certa. Ne in
ventario obijcias. Sed timeo si succumbas ad certam litem vel
ad certam rem datus est. C. de in litem dan. tu. l. ad protegenda.
C. de procu. l. maritus.
4 ¶ †Item obijcias de etate finita. vt. §. dixi, ꝛ quod nõ fuit datus
presenti, ꝛ petenti. Nam lz ad litem suscipiendam vel monendaz
adolescens inuitus recipiat curatorem, petere tamen dz, ꝛ hoc
compellatur facere per iudicem. C. qui petant tu. l. j. ff. de mino.
l. ait pretor. §. permittitur. ꝛ instit. de cura.

SVMMARIVM

1 Curator prodigi vel furiosi eum talem probare dz.
2 Curator in testamento datus non vz nisi a iudice confirmatus.
3 Curatori legitimo que obijci possint.

Curatorem

4 Curatorem non possunt habere maiores persone.
5 Curatoribus maiorum quid obijci possit.

¶ Contra curatorem prodigi, vel furiosi, vel mentecapti. Arti. xiij.

Unc dicamus aliquid

cõtra curatorem prodigi vel furiosi, vel mentecapti, † primo opponas qꝫ ille non est prodigus, vel furiosus, vel mẽte captus, ꝛ ipse curator necesse habebit hoc ꝓbare, vt consuevit notari. ff. de tuto. ꝛ cura. da. ab his. ꝛ. ff. de condi. instit. l. quidam. ꝛ de acqui. here. l. filium. C. de codici. l. nec codicillos ꝛ si probetur quod sit prodigus oportet qꝫ probet qꝫ legitime fuit facta interdictio. ff. de cura. fu. l. i. ꝛ. l. obseruare. C. de pac. l. consuetõ. ¶ † Jte vide si dicit se curatorem in testõ datũ a patre, vel dicit se legitimum, vel datiuum simplr. in primo objcias qꝫ non vꝫ nisi a iudice fuerit ꝙfirmatus. ff. de cura. fur. l. pe. C. de epi. aud. l. de creationibus. ꝛ instit. de curato. §. i. ꝛ in concordan. s̃ positis. ¶ Deinde objcias ei si non obseruauit ea q̃ dicuntur in. l. predicta. de creationibus, ꝛ sunt posita. s̃. in principio istius ti.

1 n

1 2

3 ¶ † Si se dicit legitimuꝫ, verum est qõ in predictis causa est legitima. ff. de tutel. l. qui hꝫ. in princip. ꝛ de cura. fur. l. sepe. Sed objcias ei que dixi objcienda legitimo tutori. ꝛ de inuentario, ꝛ de satisdatione, ꝛ de inõ vel qõ non est agnatus proximior, ꝛ de minori sua etate. vt hec omnia. s̃. dicta sunt. ¶ Si dicat se simpliciter datuꝫ a iudice, opponas qꝫ ei curator testamento datus est vel ad minus legitimus, ꝛ predoneus. ꝛ objcias que dixi simpliciter in datino tutore ꝛ ea q̃ gñaliter dixi objciẽda ꝰ tutores.

4 ¶ † Si dicat se curatoreꝫ alicuius persone maioris generaliter prohibite sunt persone maiores habere curatorem, tñ sunt q̃daꝫ persone que possunt habere de quibus hr̃. ff. de post. l. i. in fi. ꝛ. l. ij. iij. ꝛ. iiij. ꝛ. ff. de priui. cre. l. iij. iiij. ꝛ. v. objcias ei qõ non est de predictis, ꝛ dꝫ probare. ff. de colleg. illi. l. iiij. ꝛ cum hoc probauerit qõ sit de predictis personis recurras ad generales obiectiones. s̃. de inuentario, de satisdatione, de inõ, ꝛ de etate.

5 ¶ † Unaꝫ poteris facere obiectionem ꝰ istos omnes curatores maiorum, dico quod est finita causa propter quam fuit datus curator, puta prodigalitas, furor, ꝛ similia ꝛ ita iam quieuit officium cure ex illo generali cessante causa ꝛc. ꝛ ex specialibus legibus. ff. de curato. fur. l. penul. ꝛ. C. de curato. fur. l. penul.

SVMMARIVM

1 Curator bonis dari potest.
2 Curatori dato bonis quid obijci possit.

¶ Contra curatorem datum bonis. Articu. xiij.

Jquis veniat dicẽs se

curatorẽ datuꝫ bonis, tu potes objcere qꝫ verum est † qꝫ in certis casibus concessuꝫ est, vt bonis curator detur, ꝛ certo modo dꝫ dari de quibus legitur. ff. de tutel. l. inuito. in fi. ꝛ in auc. vt liceat matri ꝛ auie, in prin. colla. viij. C. de bonis que li. l. fi. §. i. ff. de car. edicto. l. fi is. ꝛ in speciali rubri. ff. de cura. bo. dã. ꝛ de here. instit. l. instituat. ꝛ. ff. ex quib. can. in pos. ea. l. fi. objcias † qꝫ caꝰ nentario. ff. de bonis auctor. iudi. pos. l. vlti.

1 2

SVMMARIVM

1 Curator ventri potest dari vel ventris occasione.
2 Curatori dato ventri quid possit objci.

¶ Contra curatorem datum ventri. Articu. xv.

Jquis compareat

dicens se † curatorem datũ ventri, vel occasione ventris, respice formam si est datus ventri tantum, vel ventri ꝛ bonis simul, vel tantum bonis de quo legitur. ff. de ventre in possessionẽ mi. l. i. vltra medium. objcias de ventre qꝫ non est prẽgnans, nec certa.

1 2

2 ¶ † Objcias de personis q̃ debuerunt dari, objcias de inuentario que omnia colligas. ff. de vẽtre in pos. mit. ꝛ gñales facias obiectiones quas dixi superius. ¶ Spãlem tñ facias obiectioneꝫ ꝰ istos duos curatores vlteriores, qꝫ leue offiñ habent ꝛ debile. ff. de administra. tut. l. inter. ista gñalia ꝛ particularia pñt opponi omnibus tutoribus ꝛ curatoribus supradictis, sed singularia occurrent cuilibet diligenti, que oia nõ possunt excogitari, sed facta que occurrent dabunt exceptiones, ꝛ instruent opponentem ꝛ exhortentur plures. sed si opposuerat predictas opponat quãlibet separatim, nisi compellatur coniungere, ꝛ diu poteris imorari, sine tu debeas probare, siue aduersarius, qꝫ producuntur testes. ꝛ in productione testium tu poteris aduersarium remouere ꝛ deducere de confusione ad confusionem.

SVMMARIVM

1 Jnuentarium qua forma confici debeat.
2 Jnuentarium scribi debet per manum publici notarij.

¶ Qualiter tutores ꝛ curatores habeant formare inuentarium sequitur. Articu. xvi.

Supra dictum est aliquid

5 de inuẽtario. sed ad hoc qꝫ melius scias objcere ꝰ illud, vide qualr de facto ꝙfici debeat, ꝓꝫ qꝫ apꝺ ℳõ tepessulanum a magnis dñis legum vidi fieri, ꝛ sic incipiebant.

Um ob doli maculam eui

c

1 tandam † omniscꝫ fraudis rollendam suspitioneꝫ, ꝛ ne bona minorꝫ vel pupillorꝫ lapsu tpis depereant, tutores ꝛ curatores de bonis eorꝫ inuentarium siue repertorium conficere teneant, ꝓꝫ legitimas sanctiones. ideo in dei nomine, ego Titius tutor siue curator sempronij, pupilli vel adulti filij quondaꝫ ℳarcelli. facto a me propria manu signo venerabili sancte crucis intra tps legitimum de bonis dicti Sempronij inuentarium facere incipio in hunc modum. Jn primis manifesto me inuenisse in bonis dicti pupilli seu adulti duos modos, ꝛ quatuor vineas, ꝛ vnã pastriam, ꝛ duo molendina, tres clibanos, ꝛ. xx. libras in redditibus. ꝛ centũ libras in pecuniã numeratã, tria dolia, ꝛ. xx. modios vini, ꝛ quatuor culcitras. x. lintheamina. vi. archas. xx. sextarios bladi, duo puluinaria, vnũ codicẽ ꝛ digestũ, vnum asinum, ꝛ duos bones, vnem suem cum quatuor porcellis lactãtibus, duo verua ferrea, duos trepides, tres patellas ꝛ vnã erpã. xij. ollas. vij. fictilia. vnum cacabum, ꝛ vnã creagam, tres mappas, ꝛ duo manutergia, ꝛ quatuor cipbos argẽtos, duas mẽsas, ꝛ quecũcꝫ decetero de bonis dicti pupilli siue adulti ad notiaꝫ meã pernenerint, illa omnia palam manifestabo, † ꝛ huic inuentario ꝓ manũ publicã scribi faciã, ꝛ rogo Seium publicuꝫ tabellionẽ qꝫ pro me ignaro literarum huic inuẽtario subscribat, ꝛ signum suũ opponat. Actũ est hec tertia feria post dominicam qua cantatur, Letare Hierusalem. Anno domini. ℳ. cclviij. testes sunt tales. s̃. tres ad minus. ꝛ ego Seius publicus notarius adhibitus a dicto tutore seu curatore ad subscribendum pro eo ꝛ eius loco huiusmodi inuentario subscripsi ꝛ signum meum appo sui, ꝛ huic rei testis interfui cum alijs supradictis, ꝛ qꝫ ita omnes res debeant enumerari, habes argu. C. de iure delibe. l. fi. §. sin autem dubius. ꝛ C. de bonis proscrip. l. si quis intra. C. de administra. tuto. l. tutores. ꝛ C. de bonis vacan. l. iij. libro. x.

2

SVMMARIVM

1 Here qui inuentarium confecit non tenetur vltra vires hereditarias.
2 Jnuentarium hereditatis qualiter confici debeat.
3 Here inuentarium conficiens seipsum debet subscribere aut tabellionem secundum adhibere.
4 Here inuentariuꝫ confecturus omnes legatarios ꝛ creditores vocare debet.

¶ Jnuentarium hereditatis. Articu. xvij.

Uoniam inuentarij confec

q

1 ctio † ꝰm legitimas sanctiones hr̃di beneficiũ tribuit ne vltra facultates hr̃ditarias teneat. ideo ego ℋ. sciens hereditatem tibi ad me delatam vocatis creditoribus ꝛ legatarijs eius de bonis q̃ inueni in dicta hereditate facto signo

sancte crucis, ꝛ omni alia iuris solẽnitate q̃ superius est expressa
2 inuentarium facere incipio in hunc modum. † In primis manifesto me ꝛc. ꝛ recurre ad hoc qđ superius est dictum. illud tñ scias qđ inuentariũ facere dꝫ publicus notarius, ꝛ debent esse tres testes, ꝛ ille heres dꝫ ét sua manu facere signum crucis, ꝛ dꝫ subscribere si scit. † Si vero scribere nesciat, vel est impius, adhibeat
3 ꝑm rebellionem qui subscribat pro eo specialiter ad subscriptionem faciendam, ꝛ ita erunt ibi in illo casu duo necessarij rabelliones. Item istud inuentariuꝫ incipere debet heres ꝛ facere intra. xxx. dies postq̃ sciuerit hr̃ditatẽ sibi delatam, ꝛ dꝫ consumare illud intra alios. lx. dies. ꝛ sic intra tres mẽses debebit inuentariũ q̃sumare, nisi illa hr̃ditas fuerit in remotis partibus. nam tunc
4 habebit annũ ad q̃ficiendũ inuẽtarium. ℂ † Item scire debes qꝺ heres dꝫ vocare oẽs legatarios illius ciuitatis, ꝛ forte oẽs credi tores qđ intersint confectioni illius inuentarij, vt. C. ad. l. fal. auc. sed cum testator. ꝛ amoniti venire noluerint vel non potuerint, debent adhiberi tres testes diuites valde illius ciuitatis, vt in p̃dicto auc. dicitur. ꝛ de istis inuentarijs conficiendis plene inuenies. C. de iure delib. l. sancimus. §. sinaũt dubius. ꝛ §. donec. ꝛ in predicto auc. ℂ Item de inuentario fisci poteris idem dicere de quo multa inuenies. C. de bonis prescrip. l. si quis. ꝛ in auc. de collatoribus. §. si vero aliquando. colla. ix.

SVMMARIVM

1 Libellus quid proprie dicatur.
2 Libellus nomen iudicis, actoris, ꝛ rei continere debet.
3 Libellus obscurus responsionem non meretur.
4 Libellus petendi causam, vel actionem ipsam continere debet.
5 Libellus generaliter loquens reprobari potest.
6 Libellus in actione reali debet exprimere nomen rei petite.
7 Libellus debet petitam rem exprimere.
8 Prelatus vel economus agens nomine ecclesie debet libellum formare nomine ecclesie.
9 Libellus inepte conceptus reprobari potest.
10 Libellus offerri debet, alias litis contestatio non valeret.
11 Preses de quibus causis cognoscere debeat.
12 Libellus de partium consensu remitti non potest.
13 Reus libellum recipere non tenet nisi cautione accepta ab actore de contestanda lite.
14 Agens certi conditione debet in libello reum ad petita obligatum dicere.
15 Agens ex stipulatu dꝫ causam stipulationis in libello interere.
16 Libellus validus que continere debeat.

ℂ Exceptiones contra libellum. Arti. xviij.

Um in iudicijs sepissime libellus offeratur, ꝛ quandoq̃ obscure, qñq̃ inepte formatur. Ideo cõtra illũ dicamus aliquid, ꝛ in primis
1 videamus qđ sit libellus. ℂ † Libellus est parrus liber, vel melius, libellus est breuis petitio q̃tinens agentis legitimã voluntatẽ. vel aliter. Libellus est breuitas chartule petitionẽ ꝛ cãm eius ꝛ actionẽ q̃tinens proponentis, post hoc libello sic poteris obij-
2 cere. ℂ † Primo põt obijcere quod non teneris respõdere nisi nomen iudicis actoris ꝛ rei q̃tineat ibidem, argu. ff. de procu. l. si procuratorẽ. ff. de rei vendi. l. si matre. C. de iure do. impetrando. l. j. ꝛ hoc idẽ dicit Gaufredus in summa sua. eo. ti. ꝛ ibi dꝫ q̃tineri dies mensis ꝛ annus dati libelli, ar. C. de lit. contest. auc. offerat. in fi. ꝛ in corpore illius auc. C. de iudi. l. properandũ. §. j. in fi. arg. in auc. vt p̃ponat nomen imperatoris. in princ. colla. v. ꝛ §. j. ff. de accu. l. libellorũ. in prin. ꝛ in auc. de exhibẽ. §. suscepto. colla. v. ꝛ de hoc dixit magister Tan. in libello suo, tñ hoc bꝫ locuꝫ
3 maxime in causis criminalibus ꝑꝫ. d. Azo. ℂ † Itẽ si libellus sit obscurus eidẽ rñdere debes, ar. in auc. de testa. imperfectis. circa prin. colr. viij. vbi dr̃. Nos igitur omnia clara ꝛ aperta q̃sistere volumus, quid. n. sic proprium est legum sicut claritas ꝛc. ad hoc facit extra de testi. cũ clamor. extra de dila. litere. ff. de regu. iu. l. in ambiguis. ff. de rei vendi. l. si matre. ff. depo. l. j. §. si quis argentum. ff. de fur. l. in actione. j. responso. ꝛ §. ij. ꝛ §. plane. ꝛ arg. C. de cura. fu. l. fi. §. sed cũ antiquitas, arg. ff. de pac. l. veteribus.
4 ℂ † Item si non contineat causam petendi vel actionem, non vꝫ vt. C. de eden. l. edita. extra de li. ob. c. fi. ar. C. de edic. diui adri. tol. l. fi. §. sinaũt. ꝛ C. de peti. here. l. hr̃ditas. argu. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. q nuntiat. ff. de trãs. l. cũ hi. §. in cã. C. ꝺ adop. l. ij. ꝛ qꝛ nemo sine actione experiẽ. ff. de admi. tuto. l. quoties tutor. ff. de peti. heredi. l. si quidẽ. §. illud. cũ suis si. ℂ † Item si libellus generaliter loquat reprobari põt, vt. ff. de iure fisci. l. intra fidei. vbi dr̃ quod generalitas parit obscuritatẽ. ꝛ arg. ff. de verb. signi. l. verbum. §. pertinere. C. de rei ven. l. domũ. vbi innuit qđ q dicit aliquid ad se pertinere, dicere dꝫ quare pertinet, ꝛ ad hoc facit. ff. de excep. do. l. ij. §. circa vbi dr̃ q̃ stipulatio non vꝫ, nisi cã
6 apposita sit. ℂ † Item in actione reali libellus poterit reprobari, nisi proprium nomen fundi si nomen habeat exprimat ibidem. ꝛ nisi oculo ad oculum ostendatur, ꝛ locus vbi est. ꝛ si propriũ nomen non habeat duo proximi fundi. ff. de censi. forma. ff. de actio. emp. ꝛ ven. l. titius. §. fi. ff. de rei ven. l. si in rem. §. fi. ꝛ. ff. si cer. pe. l. certum. ꝛ extra de test. c. lꝫ ex quadã. ꝛ. ff. de fur. l. si quis vxor.
7 §. si aliena. ꝛ extra de libel. oblat. c. ij. ℂ † Si vero petatur aurũ vel argentum dꝫ exprimi materia ꝛ pondus. Si vero seruus petat, dꝫ exprimi nomen eius, si pannus dꝫ dici color. si vero aliqd aliud petatur, dꝫ nomen eius exprimi. vtrũ equus, vel asinus, vel bos ꝛ plus dꝫ inseri, vtrũ. s. sit niger vel albus vel falbetus.
ℂ Si vero aliqua res mensurabilis petatur, dꝫ dici quot mensure petãtur. ℂ Si vero petat ciphus, vel lanx, vel aliquod aliud vas, dꝫ in libello poni an illud vas sit rotundum, vel quadratum, vel purum. i. sine aliqua sculptura, vt hec oia probantur. ff. de rei vendi. l. si in rem. ꝛ ff. de fur. l. si quis vxor. §. si aliena. ff. depos. l.
8 j. §. si quis argentum. ℂ † Item si agatur nomine alicuius ecclesie, per prelatum vel per sindicum vel per procuratorem, vel per actorem, per economũ, nisi formet libellus nomine ecclesie, non dꝫ ei responderi, vt. C. de episco. ꝛ cle. auc. sed bodie. extra de fide instru. inter dilectos. arg. extra de dila. litere. ff. de rei vend. l.
9 in rem actio. §. j. ℂ † Item si libellus inepte formatus vel conceptus fuerit poterit reprobari, vt extra de iudic. c. examinata. ff. si messor fal. mod. di. l. j. Item libellus reprobari põt, nisi per eum reus certificari possit quo iure actor velit agere, arg. ff. de eden.
10 l. j. ℂ † Item notandum est qꝺ nisi libellus offeratur litis contestatio non valebit, vt. C. de litis contesta. auct. offeratur. in fi. nisi in casibus contentis. C. de sen. exper. reci. auct. breuissimas. vbi dicitur breuissimas lites, ꝛ maxime vilium personarum sine scriptis ꝛ sine aliqua expensa cognoscere presidem opꝫ. C. de priui. scbol. l. fi. in fi. lib. xij.
11 ℂ † Itez in casibus q notant in auc. de man. prin. §. sit tibi quoq̃ colla. iij. ꝛ in auc. vt cleri. apud propri. episc. colla. vj. ꝛ in auc. vt indi. sine quoquo suffra. §. necessitatem. colla. ij. ꝛ. C. de naufrag. l. de submissis. ꝛ in crimine abigeatus. C. de abig. l. vna. ꝛ forte in suspecto tutore. ff. de inspec. tut. l. ij. §. non tantuꝫ. ꝛ in criminibus notorijs, vt. C de accu. l. ea quidem. ꝛ in lenibus criminibus ꝑm quosdam. ff. de accu. l. lenia. C. de aposta. l. apostatarum. C. de iude. l. ne quis. ꝛ in carta falsa coram iudice producta ꝛ teste falso
12 C. de probat. l. fi. ꝛ C. de testi. l. nullum. ℂ † Sed an libellus possit remitti de consensu partium, dico qꝺ non. est enim de substantia iudicij. vt est litis contestatio, vnde remitti non põt, arg. C. de iuramen. calum. l. ij. §. sed qꝛ veremur. ꝛ ar. extra de fer. c. fi. in fi. iij. q. v. accusatoribus. xxiij. dist. quorundam. C. de libe. cau. l. nec si volens. tamen arg. contra. extra de re. spolia. c. lꝫ. ff. de fer. l. j. extra de offi. delega. c. de causis. vbi de hoc cõsuenit notari. Solutio, ille solẽnitates que sunt inducte in fauorem partiũ, possunt omitti de q̃sensu partium. ff. de ferijs. l. j. ꝛ extra de restitu. spoli. c. lꝫ. illis autem solẽnitatibus que sunt introducte propter reuerentiam dierum partes renuntiare non p̃nt, vt extra de ferijs. c. fi. Nec illis qui pro cõi vtilitate sunt inuẽte, vt in prealleg. §. sed qꝛ. Nec ceteris que sunt de substantia iudiciorum, vt est litis contestatio, ꝛ quod sentẽtia feratur in scriptis de quibus multa notata sunt. C. de senten. ꝛ inter locu. omnium iudi. l. prolatã. C. de litis contesta. auc. offeratur. in vlti. glo. vbi notatur quod remitti non potest tacite, non expresse, vt. iij. q. iij. offeratur.
13 ℂ † Item notandũ est quod libellum reus prius recipere non tenet quousq̃ actor caverit quod intra duos menses litem contestabit, vel omne dãnum ei qui conuenitur restituat. C. de litis contestatio. auc. libellum. ꝛ auc. quod fieri. Item reus libellũ recipere non tenetur. qnousq̃ actor fideiussorem dederit, vel si poterit fideiussorem dare per iuratoriam cautionem caverit quod vsq̃ ad finem litis permanebit, ꝛ si metus fuerit decimam partẽ quãtitatis in libello cõprehense restituet. C. de sacrosanc. eccle. auc. generaliter. Idem ét dicendum est de reo, recepto. n. libello fideiubere dꝫ iudicio sisti. C. de litis contestatio. auct. offerat. nisi possideat immobilia. ff. qui satisda. cogan. l. sciendum. ꝛ in instit. de satisdatiõ. §. sed bodie. dicunt tamen quidam doctores quod bodie locum non habent huiusmodi cautiones, quia in desuetudine

tudine abierunt. ꝛ hoc consuenit notari ſin inſtit. de ſatisda. §. ſed hoc hodie. ꝛ in auc. de execu. ꝛ his §. i. colla. vij. ꝛ in auc. de litigio §. ad excludendas. colla. viij. hoc idem dicit magister Tã. in
14 libello ſuo in tit. de libel. oblatio. ℂ †Jté ſi tu petas a Titio cẽ tum certi conditione ex mutuo vel alio ꝯctu debes dicere in libello ipſum Tuũ tibi ꝓpter hoc obligatum, alias libellus non valeret, nec ſnia poſſet ferri per hunc arg. in inſtit. de acti. in pin. vbi dr quod ſibi debeť ꝛc. qz poſſet eſſe qꝫ tibi non eſſet obligatus, qz forte tibi perſolutio eſſet facta, vel tu forte ei remiſiſſes, ꝛ idcirco dicebat magiſter Ō. qó alias nõ valeret libellus nſi apponeres ibi qó precedenti ꝯctu erat adhuc tibi dictus Titius obligatus.
15 ℂ †Jté illi libello non teneor rñdere in quo tu petis a me aliqd actione ex ſtipulatu, niſi ponas ibi cãm ſtipulationis. Nã ſtipulatio non vz, niſi cã apponat. ff. de doli excepti. l. ij. in §. certa. ad qó facit. ff. de pollicit. l. j. in §. ſi vero ſine cã. ff. de ꝙdtiõ. ſine cã. l. qui ſine. ff. de acq. rerum domi. l. nunqꝫ. ꝛ de pecul. l. non ſolum.
16 ℂ †Item in libello contineri dz dies dati libelli, ꝛ nomen iudicis, ꝛ actoris, ꝛ rei, ꝛ cauſa petendi, ꝛ res que petitur, vt ſupra dicitur. Unde verſus.

Conuenti nomen, ꝛ nomen conuenientis.
Judicis ꝛ nomen ſcribes, cauſamqꝫ petendi.
Et quaſcunqꝫ petes res omnes ponere debes.

☙ SVMMARIVM ❧

1 Teſtes plures ad teſtificandum ꝓducti poſſunt repelli.
2 Teſtis domeſticus non eſt admittendus.
3 Propinqui omnes poſſunt dici familiares.
1 Aduocare sine postulare quid sit.
Aduocati qui esse non possint.
2 Clericus nullus coram iudice seculari debet aduocare.
Aduocatus tempore aduocationis stare debet.
3 Aduocatus nullus esse debet nisi literalem peritiam habeat.
Tabellio vel seruus non debet officium aduocationis exercere.

¶ Contra aduocatos.

q **Via** aliquando ad causas vocantur qui aduocati iuris esse prohibentur. Ideo contra aduo-
1 catos nũc videamus. Et † primo quid sit aduocare si ue postulare. Est enim desiderium fratri vel amico in re apud eum qui iurisdictioni preest exponere vel alterius desiderio contradicere. iij. q. vij. ca. infames. Surdus cecus mutus siue perpetuo furiosus. minor. xxj. annis nõ possunt esse aduocati. ibidem, ꝛ. ff. de postu. l. j. Itez hereticus, iudeus, vel alius infidelis cõtra christianum non potest aduocare, extra ne cle. vel mo. quasi p totum. de postu. ex parte, ꝛ intellige nisi in casibus de quibus supra. c. qui procuratorem. in sacris vel minoribus ordinibus constitutus dummodo beneficio ecclesiastico sustententur de aduocatione coram iudice seculari potest repelli presbiter etiam coram iudice ecclesiastico nisi pro seipso, vel etiam pro miserabilibus personis, extra de postula. c. j. ꝛ ij. ꝛ iij. q. vij. c. infames. vbi plene dicitur que persone possunt procurare ꝛ que non. Item nullus clericus † debet aduocare coram iudice seculari, extra ne cle. vel mo.
2 per totum, ꝛ intellige maxime in causis criminalibus ꝛ in causis sanguinis. Item procacibus. i. garrulis ꝛ improbis prohibitus est aduocare. C. de postu. l. quisqs. ꝛ C. de assesso. l. vlti. Item infamis nõ potest aduocare. iij. q. vij. infamis. §. tria. exceptis his que hic enumerantur. Itẽ excõicatus aduocare nõ potest, extra de here. excõicamus, itez nec publice pugnantes. iij. q. vij. infames. §. itẽ. Itẽ mulier aduocare non põt. iij. q. vij. §. tria. ꝛ illud vide. Item aduocatus stare debet tpe aduocationis. C. de postu. l. quisquis. in fi. ꝛ non debet iterare qõ semel fuit pozatus, de appel. l. vlti. itẽ si quis aduocatus admonitus a iudice, vt alicui psone prestet patrocinium ꝛ non obtemperat potest repelli, nisi se rationabili causa excusauerit. iij. q. vij. infamis. §. tria. † Itez nullus debet esse aduocatus nisi peritiam habeat literalem. C. de aduo. diuer. l. nemini. ꝛ l. iubemus. ꝛ C. de postu. l. ij. item tabellio vel fernus non debet aduocationis officium exercere. C. de postu. l. nec ceterorum. C. de tabellio. l. generaliter. Et hec de aduocatis sufficiunt.

SVMMARIVM

1 Libellus quid sit.
2 Libello obscuro non teneris respondere.
Generalis libellus reprobatur.
3 Libellus si fuerit ineptus potest reprobari, ꝛ actor non debet admitti.
Libellus oblatus ante lit. contest. non valet.
Casus in quibus libellus non offertur.
4 Libellus consensu partium an possit remitti.
Stipulatio non valet nisi causa subsit.
Stipulatio quid sit.
5 Libellus quo casu non detur.

¶ Contra libellum.

c **Cum** ad actoris petitionem cognoscẽdam in iudicio libellus offeratur, qñq; obscur, qñq; ineptꝰ, ideo videndum est quid sit libellus ꝛ ad quid offe-
1 ratur. † Libellus enim est petitio actoris scripta cõtinens nomen iudicis, actoris, rei, ꝛ rem que petitur, ꝛ causam petẽdi, extra de libel. obla. c. j. ij. ꝛ iij. Libellus offerr̃ ad hoc vt reus valeat deliberare vtruz velit cõtendere vel liti cedere. ff. de eden. l. j. in prin. Ideo reo. xx. dierum inducie ad deliberandũ post libelli oblationem concedunt̃. iij. qõ. iij. §. spatium. Libello põt quis obijcere quod non tenetur respondere nisi nomen iudicis, ꝛ actoris, ꝛ rei, ꝛ res que petitur contineatur. ff. de rei vendi. si in rẽ ꝛ ibi debet contineri dies, mensis, ꝛ annus dati libelli. iij. q. iij. §. spatium. Et hoc intellige in causis criminalibus. † Item si libel-
2 lus obscurus fuerit non debes ei respondere, extra de testib. cum clamor. de dila. cum littere. Item si non ꝙtineat causam vel actionem petentis non valet. extra. eo. tit. c. ij. ꝛ iij. Item libellus generalis reprobatur. ff. de iure fis. l. ita quia generalitas perit obscuritatem. ff. de pac. l. veterani. ꝛ de solutio. l. cum sichus. Item in actione reali reprobatur nisi proprium nomen fundi exprimatur vel nisi actio ad oculum ostendatur. Et si nomen proprium non habet duo proximi nominentur, extra eodem tit. c. ij. Item si petitur aurum vel argentum, debet exprimi materia ꝛ pondus. Si seruus, debet exprimi nomen eius. Si pannus, color debet exprimi. Si animal debet exprimi asinus vel bos, ꝛ vtrũ sit albus vel niger. Si aliqua res mensurabilis petatur, vt vinum debet exprimi quot mensure petantur. Item si petitur cyphus vel aliud vas debet exprimi forma vtrum sit rotundum vel quadratum, vel cuz
3 sculptura. ff. de rei ven. l. si in rem. Item † si libellus ineptus fuerit potest reprobari ꝛ actor non debet admitti, extra de iud. examinatam. Item libellus reprobatur nisi per eum reus certificari possit quo iure actor agere velit. ff. de eden. l. j.

Nota si libellus offeratur ante lit. cõte. non vz. iij. qõ. iij. §. spacium. Excipiuntur q̃dam casus in quibus libellus non offertur. Primus est vilium personarum.

personarum. Secūdus est cum episcopus inter suos subditos cognoscit. Tertius in casu ambignitatis. C. de ambi. l. j. Quartus in suspecto tutore. Quintus in criminib⁹ notorijs, extra de accu. capi. enidentia. Sextus in lenibus criminibus. ff. de accu. l. lenia. Septimus in charta falsa coram iudice producta ꝛ teste falso. C. de proba. l. vlti. ¶ †Queritur vtrum libellus consensu partium potest remitti, dico q̄ non, quia est de substantia iudicij, idem dicit. contesta. ideo remitti non potest, extra de ferijs capi. vlti. iij. questio. v. accusatoribus. Item si petis aliquid a me actione ex stipulatu non teneor libello respondere nisi in eo ponatur causa stipulationum, naꝫ stipulatio non valet nisi causa subsit. ff. de condi. sine causa. l. qui sine causa. ¶ Nota stipulatio est solēnis promissio quando precessit interrogatio ꝛ subsecuta est responsio. Item in causa criminali non valet si actor se non obligat ad talionem. iij. questio. vj. c. j. ꝛ. v. questio. vj. capi. ij. Item si non continet nomen indi. ij. q. viij. §. vlti. Item si agit in modū accusationis post electionem confirmatam non valet nisi se obliget ad penā, extra de accu. super bis. Item si est denunciatio ꝛ non ponitur in libello q̄ te charitative admonuerit nō valet, extra de simo. licet beli. extra de indi. nouit. Item si agatur per modum inquisitionis, vt q̄ 5 prelatus ex officio suo procedit in causa † non datur libellus sed capitula super quibus clamor processit dicenda sunt tibi, vt habeas copiam defendendi te, ꝛ debes esse presens cum fit inquisitio. nam ꝛ absenti inquisitionem suam ferre non potest nisi contumaciter se absentauerit, extra de accu. qualiter ꝛ quādo. extra de simo. licet beli. Item si agitur de crimine ciuiliter debet poni in libello iniuria quam feciſti in aliquo loco vel in membro, aliter non valet, de pe. distin. j. aut facta. ¶ Et no. diligenter quando libellum recipis debes protestari q̄ illum recipis saluis exceptionibus tibi de iure competentibus tam contra rescriptum quam contra iudicem, tam contra actorem quam contra libellum. extra eo. titu. c. vlti. si non fuerit protestatum tunc nocebit. xxxj. questio. ij. lotharius. vnde versus. Conuenti nomen ꝛ nomen conuenientis. Judicis ꝛ mensis rem quamuis, scribere debes.

SVMMARIVM

1 Testes plures sunt necessarij ad claritatem veritatis
Testis domesticus a testimonio reppellitur.
Domestici qui dicantur.
2 Affinis reputatur domesticus.
Testis infamis repellitur.
3 Infames in enormi crimine possunt testari.
Testis inimicus nunquid repellatur.
Conspiratores ꝛ capitales inimici in nullo casu ad accusationem testium admittuntur.
Testis iuratus nisi deponat testimonium eius non valet.
Testes non plene probant nisi de certo tempore fecerint mentionem.
Testimonium excommunicati non valet.
4 Pater non potest testificare contra filium nec pro filio nec ẽ⁹.
Pater potest esse testis pro filio in tribus casibus.
Frater pro fratre ꝛ contra fratrem testificari quando possit.
Socius cum socio an possit ferre testimonium.
5 Minor. xiij. annis generaliter in omni causa non p̄t esse testis.
Pubes an possit ferre testimonium de his que vidit impubes.
Seruus nunquid possit ferre testimonium factus liber, de bis q̄ vidit in seruitute.
Mulier secundum canones in causa criminali ad testimoniū non admittitur, sed secundum leges non prohibetur.
Mulier in testamentis non potest esse testis.
Testimonium vnius non valet.
6 Casus in quibus vnico testi creditur.
Monachus testis esse non potest, quia funestam vocem habet.
Socius criminis non admittitur ad testimonium.
Libertus contra dominum patronum non potest testificari.
7 Libertus si contra patronum accusator vel testis fuerit ante litis exordium est puniendus capite, quibusdam exceptis.
Testimonium obscure vel confuse loquentis non valet, nisi iterum deponat.
Testis nō valet, nisi ad eius receptionem vel depositionem pars aduersa fuerit euocata.
8 Infideles contra fideles testimonium ferre non possunt.
Testis deponens de visu ꝛ auditu valet.
Testis non reddens causam sui dicti non valet.
Gener pro socero, ꝛ econtra, testes esse non possunt.
Testis pro paupertate nunquid suspectus est habendus.
9 Honestioribus ꝛ dignioribus potius credendum, ꝛ masculo quaꝫ femine, ꝛ diuiti potius quam pauperi.
Testium multitudo non est attendenda vel attentanda in depositionibus, sed qualitas.
10 Casus excepti in quibus testes plures quam duo exiguntur.
11 Libertatem seruo suo dans per literas quot testes requirantur.

¶ Contra testes.

1 q **Via licet ad** †claritatem veritatis necessarij sint testes plures tamen ad testandum producūtur qui de iure repelli possunt. Idcirco contra testes aliquid videamus. ¶ Testis domesticus a testimonio repellitur extra de testib. in literis. Domestici autem dicuntur omnes qui sunt de familia huius. d. c. literis. Item parentes omnesq̄ propinqui, familiares, liberi, ꝛ serui, nurus. C. de verb. signi. l. vlti. Item omnes familiares quibus producendum potest imperare ratione patrie potestatis obedientiā, vel iurisdictionem. ff. de testi. l. in lege. iij. questio. v. accusatores.
2 † Item affinis reputatur domesticus. iij. questio. ix. §. absens. ij. Item mercenarius. C. de qō. l. seruos. ff. de penis. l. respiciendum. §. furtiua. Item consanguinei. iij. questio. v. c. j. Item vir ꝛ vxor, alter pro altero habetur pro domestico. ff. de iudi. l. interdum. item prouigna ꝛ nurus. institu. de nup. §. affinitatis. Item pater filio ꝛ filius patri. institu. de testib. §. in testi. item coloni vel ascripticij dicuntur domestici. C. de questi. p. idem. Item si testis est infamis repelli potest, vt qui lenocinium fecerit ipse ꝛ questus causa est, inanis cum alijs multis. ff. de his qui no. inf. l. j. Et inter illas ponitur ioculator ꝛ omnis lenis persona que frequentat tabernam, extra de accu. si constiterit. item de facientibus vilia officia, vt in glo. l. j. §. caupones. ff. nau. cau. sta. Inso. extra de excessib. p. lato. inter dilectos. item vilis officij. vt qui mūdant latrinas ꝛ balneatores. iij. questio. iij. §. in primis. extra eod. titu. c. j. ꝛ meretrix. ff. de testi. l. iij. ꝛ. ij. infames †tamen in enormi crimine possunt testari. de simo. licet beli. ꝛ. c. tanta. Item raptor latro ꝛ quilibet infamis. eod. titu. ex parte. ꝛ periurus. eod. titu. sub nobis. ꝛ plures modi infamie reperiuntur. vj. questio. j. infames. Item si testis est inimicus repellitur. extra. de accus. c. cum oporteat. iij. qō. v. c. ij. Sed que inimicitie repellantur relinquitur arbitrio iudicantis. ff. de questio. l. prima.

Nota tamen conspiratores ꝛ capitales inimici in nullo casu ad accusationem testium admittuntur de simo. per tuas. Item nisi testis iuratus deponat eius testimonium non valet, extra de testi. nuper. item testes non plene probant nisi de certo tempore fecerint mentionem, extra de fi. instr. cum io. extra de proba. in presentia Item testimonium excommu
4 nicati non valet, extra eo. titu. veniens. Item † pater non potest testificare contra filium, nec pro filio, nec econtra filius pro patre aut contra patrem. iij. q. iij. c. si testes. in tribus tamē casibus pt potest esse testis pro filio. Primo in testamento filij testantis de castrensi peculio. ff. de testa. l. qui testa. §. j. Secundo ad probandum genus vel originem, extra qui filij sint legiti. transmissio. Tertio in causis matrimonialib⁹, extra de sen. ꝛ re iudica. tenor. Frater tamen pro fratre contra fratrem potest testificari, nisi habeant omnia bona in communi, quia tunc intelligeretur suaꝫ causam agere. ff. de test. l. j. Sed in re propria nullus est idoneus testis. iij. qō. iij. §. item nullus. Sed vtrum socius cum socio potest ferre testimonium. distingue, an sentit lucrum an damnum, si testis sentit damnum potest. ff. quando appellā. sit. Eadem. Item
5 † generaliter in omni causa minor. xiij. annis non p̄t esse testis. iij. q. iij. §. nota. extra eo. c. j. Qō factus pubes p̄t ferre testimoniū de his q̄ vidit impubes. xxxvij. dist. c. relatū. Seruus antē factus liber p̄t ferre testimonium de his q̄ vidit in seruitute. ff. de verb. signi. l. notionē. Item prohibētur oēs criminosi. extra de testi. super eo. hoc habet locum preterquā in criminibus excep. extra de simo. licet beli. vt supra patuit. Item secundū canones mulier in causa criminali ad testimoniū non admittitur, sed secundū leges non prohibetur. xxx. q. v. mulierē. extra de verbo. signi. forus. Itē in testamentis mulier non potest esse testis. inst. de testa. §. testes. Sed in alijs causis nō prohibetur extra de testi. qm̄ aliqua. item testimoniū vnius nō valet. extra eo. ti. licet. ꝛ. iij. q. iij. item in criminali. No. †tamen casus in qbus vnico testi credit.
6 **Primus est cum dubitatur** an eccle sia sit cō

secrata. de cõse. di. iiij. parvulus, ꝛ generaliter vbi nulli nocetur, ibi credit vnico testi. Itẽ monachus testis esse nõ potest, extra ne cle. vel mo. p totum, qz monachus, funestã vocẽ habet. C. de his q accusa. nõ pos. l. si qs. vbi dicit funestã vocẽ iudicari potius oportet quã audiri. Et intellige nisi pro sua ecclesia, extra eo. ti. insup. ꝛ extra de iurein. nisi itẽ socius criminis nõ admittitur ad testimoniũ, extra eo. ti. veniens nisi in criminibus exceptis. itẽ seruus nõ admittit, extra de ver. sig. fozus. iiij. q. v. nullus seruus. itẽ libertus ꝯ patronũ nõ potest testari. iiij. q. iij. ℌ. itẽ lege iulia. ꝛ si fecerit redigit ad seruitutẽ, extra de seruis nõ ordi. de famulis. tñ per
7 alios, ꝛ eꝯ alios potest testari. C. de postu. l. nec ceteroz. ꝛ† si qra patronum accusator testis fuerit ante litis exordiũ capite puniendus est. xij. qõ. ij. qui manumittit. nisi in criminibus exceptis, ꝛ in crimine fraudari cẽsus. xij. q. ij. itẽ testimoniũ cõducti ꝛ locati testis non valet, vbi scilicet aliquis accepit pro testimonio ferendo vel nõ ferendo, vel vbi aliqd sibi promissum fuerit, ꝛ ob hoc testimoniũ obtulerit. extra de test. c. j. ꝛ. c. sicut. ꝛ extra ó proba. licet. iij. qõ. iij. ℌ. itẽ in criminali. Itẽ si testis obscure vel qfuse loquitur non valet nisi iterũ deponat, extra eo. titu. cũ clamore. Itez testis non valet nisi ad eius receptionẽ vel depositionem pars aduersa
8 fuerit euocata. extra eo. titu. c. ij. Item infideles † contra fideles non possunt ferre testimonium. eod. titu. licet vniuersis. c. iudei. Item testis nõ valet nisi de visu ꝛ auditu deponat. eo. titu. preterea. ꝛ. c. cũ causam. Item testes de alijs causis ꝛ negotijs testimonium dicere nõ debent nisi de bis que sub eoz presentia facta esse noscunt. iij. q. ix. testes. Itẽ testis nõ valet nisi reddat causam dicti. eo. titu. cum causam. extra de sen. ꝛ re iud. sicut. intellige si de sua scia interrogetur. Itẽ gener pro socero ꝛ econtra testes esse non possunt. iiij. q. iij. ℌ. itẽ. Itẽ nota contra testes potest obijci qõ non valeat eoz testimoniũ nisi habeant. l. aureos in bonis. nam aliter pp paupertatem suspectus est. ij. q j. in primis. circa medium. ꝛ. iiij. q. iij. ℌ. item in criminali. Et intellige de nõ voluntaria paupertate. Item testis nõ valet vbi receptus fuerit in quarta productione nisi nec aduocatus eius testari docuerit, nec testimonia aliorum pscrutari, nec pp dolum aut aliquã maliciam quartaz productionẽ petiuit, extra eod. ti. c. vltra tertiam. ꝛ. c. cansis. item † potius est credẽdũ honestioribus vel dignioribus quam alijs, extra eo. ti. in nostra. iiij. q. iij. ℌ. item. Item potius credendum est masculo quam femine. extra de ver. sig. fozus. iiij. q. iij. ℌ. item. Item magis creditur diuiti quaz pauperi, ibidem. item nota multitudo testium non est attendenda vel attentãda in depositionibus testiũ sed qualitas, extra eod. titu. in nostra. ꝛ. c. licet. iiij. questio. iij. ℌ. item. Et vide. iiij. q. iij. c. j. vsqz ad fi.

Nota quando exceptionem coram iudice prepositi debes ptestari, ꝛ dicere bas alternatim propono ꝛ eos sic admitti peto, protestor etiã quod nõ obligor precise ad comprobãdum omnes ꝛ singulas exceptiones quas proposui, sed solum ad eas que in iure sufficiunt ad victoriã. Item nota quamuis regulariter sit verũ quod in omni causa duo testes probate vite ꝛ cõuersationis honeste sufficiunt. extra eo. ti.
50 licet vniuersis. ꝛ. c. omni negotio. † Excipiunt tamen casus in quibus plures testes exigunt. Primus vbicunqz accusatur enormiter. ij. q. iiij. presul. vbi dicitur. Presul nõ damnetur nisi cũ. lxxij. testibus. Presbiter autẽ cardinalis nisi cum. lxiij. testibus. Diaconus vel cardinalis nisi cũ. xxxvij. subdiaconus, accolitus, exorcista, lector, ostiarius, nisi cũ septem testibus condemnatur. Item in testamento septẽ testes sunt necessarij secundum leges. C. de testa. l. hac consultissima. Sed secundum canones sufficiunt duo vel tres in testamẽto coram pbitero suo ad hoc ordinato. extra eo. tit. c. cũ esses. ꝛ. c. relatũ. ꝛ in testõ nisi fuerint specialiter rogati, non vz. ff. de test. l. heredes. ℌ. in testis. Itẽ in codicilis qnqz sunt testes necessarij ꝑm leges. C. de codi. l. vlti. Itẽ numerus testiũ regritur in donatiõe facta cã mortis. C. de do. can. moz. l. vlt. Itẽ numerus requirit ad probãdũ solutionẽ debiti in scriptis qrẽptã. C. de test.
11 l. testiũ. Idẽ † numerus requirit qñ aliquis dat seruo suo libertatẽ p literas suas, extra de fide instr. cũ io. in glo. ver. si qris. in depositione ẽt alicuius rei regrunt testes, extra ó fi. inst. c. si qs. Et hoc intellige qñ depositũ excedit auri libzã. C. si ag. emphy. pe. l. vlti. ¶ Nota versus in qbus qrimẽt exceptiones ꝯ testes. Cõditio, sexus, etas, discretio, forma. Et fortuna, fides in testib⁹ illa regres. Et qsanguinei pariterqz domestica turba. Et cler⁹ laicũ a se fugat viceueria. Res pson gradus locus bis sunt qsona tps.

SVMMARIVM

1 Interrogationibus iudices falsitatem deprehendunt.

Aduocatus rei qualiter formare debeat interrogatoria ꝯ testes.
2 Interrogatoriorum forma.
3 Inimicus quando quis presumatur esse.
Testis titubans pro ignorante habendus est.
Contrarij testes non valent.
4 Accusatus non potest ferre testimonium accusatione pendente.
5 Casus in quibus valet testimonium de auditu alicuius.
6 Casus in quibus testes lite non contestata recipiuntur.
7 Fama quomodo perquirenda.
Negotia plura sunt quam vocabula

¶ Contra interrogatoria.

1 **Quoniam aliquando** testes minus ꝛa deponunt ꝛ exemplo Danielis prophete iudices† interrogationibus falsitatem deprehendunt, ideo postquã dictum est contra testes, subiungamus nunc qualiter aduocatus rei formare debet interrogatoria contra testes. Scribit ergo sic. Domine iudex queratis a testib⁹ partis aduerse ꝛ ab vnoquoqz singulariter super quolibet articulo de dicti sui causa, de loco de finibus loci, de tempore, de auditu, de visu, de scientia, de fama, de omnibus circunstantijs que possunt ꝛ debent animum vestruz ad sententiandum inclinare, ꝛ que iura dicunt ꝛ que decernũtur esse querenda a testibus ꝛ descendatis sic ad speciem. Si testis dicit quod Elisabet contraxit matrimonium cum Io. queratis sup illo articulo qõ sciat de visu ꝛ auditu, ꝛ si dixerit de visu, qratis quo loco viderit vtrum in domo vel extra domum. si dixerit in domo Petri, queratis in qua parte domus. Item queratis si domus illa sit lignea vel lapidea. Item queratis qui fuerit presens, ꝛ vtrũ etiam alij quam per eum nominentur. Item queratis vtrum dicti contrahentes stabant vel sedebant. Itẽ quibus vestibus erãt tũc induti. item queratis per que verba contraxerunt, ꝛ vtruz vir vel mulier contractum prius postulauerit. Item queratis an animo contrahendi vel ludo dixerit illud. Item queratis si aliquis metus interuenerit vel aliqua coactio contrahendi vel sponte cõtra
2 xerint. † Item queratis quantum tempus sit elapsum quo hoc factũ fuerit, a quo anno, a q̃ parte anni, quo mense, q̃ die, qua septimana, qua hora diei an aura fuit serena vel nebulosa. Itẽ queratis quis tũc erat episcopus, iudex, vel rector loci illius. Itẽ queratis an fuit rogatus venire ad videndũ hoc quod fiebat, vel si sponte venisset. Item vtrũ ipse sciebat vel scit aliquod impedimentũ. Item queratis si promissum fuit ei aliquid vel datuz sit, vt sic deponat, ꝛ si sperat damnum vel lucrum de causa illa. Itẽ queratis vtrũ sit inimicus illius contra quem inducitur, vel specialis amicus inducentis, si autem dixerit quod extra domum fuerit contractum matrimoninm queratis an in vinea vel in via. si in via, queratis in qua ꝛ queratis de circunstantijs illius vie, si dixerit in cãpo, queratis cuius erat ille campus, ꝛ sic de alijs, si dixerit quod audiuit, queratis a quo vel a quibus, ꝛ faciatis specificare nomina eorum, si tunc testes varij fuerint ꝛ vacillauerint in testimonio non valet. iij. qõ. ix. pura. iiij. q. iij. ℌ. item in criminali.

Item iudex habet interrogare an amoꝛ, timore, odio commodo, vel promisso, aut quomodo ꝛ qualiter, extra de testi. quoties. iiij. q. iij. ℌ. item. Itẽ si testis in eadẽ causa sit iudex vel aduocatus nõ valet, extra de testi. dilectus. ꝛ. c. ro. lib. vj. item qui fuerit procurator vel executor pro Joã. ꝯ. B. postea in eadẽ causa p Jo. contra. B. non potest esse testis. ibidem. c. romana. lib. vj. Sed credo quod p. B. põt testificari, qz hoc non invenio prohibitum. Item si causam habeat cõtra quẽ producitur qua videtur suspectus potest repelli, extra de pur. c. cum inuentute, extra de iud. causam que. item si quis in causa criminali semel tulerit testimonium contra aliquem, ꝛ postea iterum
3 venit in aliqua alia causa contra eundem testificari non potest, †qz presumitur esse inimicus, extra de accusa. meminimus. item si testis voluerit corrigere dictum suum non potest, nisi incontinẽti antequam a presentia iudicis recedat, extra de testi. preterea cũ. Item testis titubans pro ignorante est habendus, ideo repellitur extra de penis. super bis. item nisi testes de tempore ꝛ loco ꝛ personis conueniant, non valent, extra de testi. cum causam. iij. q. ix. nihilominus. Itẽ testes contrarij non valent, extra de testibus. in nostra. Itẽ si crimen obijcitur testi. qõ tangit causam de qua agitur repellitur ꝛ punitur. extra de excep. c. j. itẽ si testes nõ fuerũt recepti sigillatim nõ valet, extra de elec. quia propter. de accusa.
4 inquisitionis. ¶ † Nota accusatus pendente accusatione nõ põt ferre testimoniũ. ij. q. vij. testes. extra de excep. deniqz. Itez nota

laicus

laicus in causa criminali dum agitur criminaliter non potest esse testis contra clericum, extra de testib. decetero nisi in criminibus exceptis, extra de simo. tanta. Item si testis tantū loquitur de auditu alieno vt si dixerit, ego audiui ab illo q dixit se audiuisse ab alio, non valet nisi in causis inquisitionis, sed contra videtur de testib. preterea solutio illud est speciale, quia loquit de presumptione violenta ex infamia. ¶ † Nota ergo casus in quibus testimoniū valeat de auditu alicuius. ¶ Primus in matrimonio ꝛ consanguinitate. xxxv. q vj. de parentela sedens in solutione debiti. iij. q. ix. §. testes. ¶ Secundus in consecratione ecclesie. de consecr. dist. j. de ecclesiarum cōsecrationibus. Item si testis receptus fuerit ante litem ꝙtesta. non valet nisi in exceptis casibus. † No. casus in quibus testes lit. non contesta. recipiuntur.

Primus quando timetur de morte testium. ¶ Secundus quādo timetur de absentia diuturna, quia forte volūt peregrinare. ¶ Tertius si cognoscat de electione alicuius confirmanda. ¶ Quartus si agitur de matrimonio, ꝛ qui cōueniendus est malitiose se absentat, quia tunc contumax est. ¶ Quintus si ageretur in modum inquisitionis de crimine alicuius. Hos casus quinq; habes, vt lit. non ꝙtest. quoniā frequēter. ¶ Sextus cum recipiuntur testes ad memoriam preteritorū cōseruandam. extra de testi. significauit. ¶ Septimus est corā iudice appellationis, quia ibi possunt testes induci lit. non contest. extra de procura. in nostra. ¶ Octauus propter actorem seu contumaciam absentis reus testes adducere potest lit. non contest. extra de dolo ꝛ cōtu. causam. xiij. q. iij. placuit. §. potest. ¶ Nonus cum actor non potest agere propter iuramentum interpositū precedens. extra de iureiuran. ad nostram. ¶ Decimus vbicunq; in dictis officium expedit. extra de ſponsa. preterea. ¶ Undecimus cum spiritualis causa tractatur post mortem alicuius, scilicet cuius quis in morte reliquit bona sua ecclesie post mortem lit contesta. possunt recipi testes ꝛ restantur, tunc etiam excommunicati. xxiij. q. ij. lane. ¶ Duodecimus vbicunq; offenditur publicus commodum. ij. q. iij. quia. ¶ Decimustertius si agitur de statu ꝛ libertate ecclesie. extra de testi. cum olim. ¶ Si dixerit de fama. queratis † que sit fama ꝛ a quibus illa fama ortum habuit, ꝛ virum illi erant malinoli vel honesti. Similiter queratis vtrū illi a quibus audiuit ea erant bone fame vel male, ꝛ virum erant graues persone vel leues. Item queratis quoties audiuit hoc, vtrum semel vel pluries. Sed quia plura sunt talia negotia q̄ſ sunt vocabula. ff. de prescrip. verb. l. natura. ideo multa talia deficiunt.

SVMMARIVM

1 Instrumenta ꝛ depositiones testium eandem vim obtinent.
Instrumentum quid sit.
Instrumentorum due species.
2 Instrumentum publicum plures habet species.
3 Tabellionis persona suspecta vitiat instrumentum.

¶ Contra instrumentum.

Quoniam eandem vim † depositiones testium ꝛ instrumenta obtinent. Idcirco postquā contra testes egimus, nunc contra instrumēta videamus. ¶ Instrumentum est scriptura facta ad assertionem alicuius rei. Dicitur autem instrumentum quasi instruens mentem. ¶ Instrumentorum due sunt species. Aliud est enim instrumentum priuatum quod est sigillatum sigillo priuate persone, tale in iudicio nō valet nisi habeat inscriptionem trium testium adhuc viuentium, extra de fide instrū. c. ij. instrumentum publicum dicitur quod habet publicā auctoritatem, cuius sunt plures species. † Primo dicitur publicum quod p manum publicā scilicet tabellionem informam publicā est redactum, extra de fide instr. scriptura. Secundo dicitur publicum quod sigillo auctentico est sigillatum, ibidē. Tertio est illustrium personarum auctoritate auctenticatum. extra de confirmatio. vtili vel inuti. cum dilecta. Quarto quod in iudicio scribit. extra de fide instru. scriptura. ꝛ tantū de illo. Primo ergo vide corpus scripture ꝛ cōsidera vtrum ibi sit rasura vel innouatio prioris figure, maxime in loco suspecto, quoniam sic repelli potest. extra de crimi. fal. c. licet. item si caret sigillo auctentice persone aut subscriptione non caret vitio. extra de fide instrumen. c. ij. item nisi sint duo testes scripti preter tabellionem nō valet. ibidem. Item si † ibi sit persona tabellionis suspecta non valet. extra de fi. instrumē. cum Joan. item vide diligenter quis cō

traxerit. quis stipulatus fuerit ꝛ cui. item si agit vel conuenit qualiter in his procedere debeas. vide eo. titu. §. si quis alteri stipulari potest. Si ostenderit exemplum vel rescriptum nō est fides adhibenda. extra de fide instru. c. i. vbi dicit. si scripturam auctenticam non videmus ad exemplaria nihil facere possumus. item opponi. instrumento q̄ non valet nisi ponatur in eo causa debendi. scilicet ex mutuo, depositō, vel alia de causa. extra de fi. instru. si cautio. Et hec sufficiunt de instrumento.

SVMMARIVM

1 Priuilegium qualiter cognoscendum.
2 Principale vbi non tenet, nec accessorium.
3 Precator mendax debet penitus carere impetratis.
Lex nulla etiam scripta vel etiam canon ius naturale tollit.
Priuilegium datum persone ꝛ datum loco plurimum differt.
4 Donatio sub conditione multum differt a donatione sub modo.
5 Casus in quibus donatio facta ecclesie non valet.
6 Casus in quibus donatio facta alteri potest de rigore iuris reuocari.
Donatio facta a matre, si transeat ad secūdas nuptias, in tribus casibus potest reuocari.
Dictio atror quid comprehendat.
7 Derogatur iuri per speciem.
Priuilegium alicui damnosum non valet.
Priuilegium continens quod aliquis sit ab omnibus immunis an validum.

¶ Contra priuilegium.

Si in iudicio producitur † scriptura dicitur priuilegium, vide de verbo ad verbum de eo sicut est dictum de instrumento, item vide bullam an sit papalis, quod cognoscitur in punctis in barba Petri ꝛ Pau. in filio, ꝛ in stilo scilicet ꝛ in aliis in forma stili, ꝛ quantitate char. extra de cri. fal. licet. Item si papa vni loquit vobis vel pluribus tibi. nō valet. extra de cri. fal. q̄ grauī. vñ versus. Forma stilus. filum. rasa mēbrana sigillum. Nec sex falsata dant scripta valere pusillum. Item an priuilegium sit donatiuum vel ꝙfirmatiuum non valet nisi ostendatur principalis concessio q; † vbi principale nō tenet, nec accessorium. extra de fi. instru. inter dilectos. ꝛ ibi vide formā reprehendēdi priuilegium. Si vero principalis ꝙcessio appareret cū bulla vel cū sigillo nō vituperato. considera diligenter virum cōcedens poterat concedere vel nō. ꝛ impugna ne transeat in rē iudicatā. extra de sent. ꝛ re iu. inter monasterium. item si priuilegium concessum est secundum ius commune. dic quod non est priuilegium cuz nihil priuatū offert. extra de ver. sig. Abbate. iij. dist. priuilegia. xxv. q. j. §. item octaua die. item si preter ius commune detur. extra de consue. cum dilectus. item si datum est contra ius commune, vide an illi contra quem datum est aliqua lesio inferatur. qne si enormis est non tenet. extra de ver. sig. quid per nouale. nisi de lege vel canone contra quen. datum est fecerit expressam mentionem. Et intellige si est priuilegiū imperatoris. quantum ad leges. vel Pape quātum ad canones. item si suppressione veri aut suggestione falsi fuerit impetratum, non tenet, quia † mendax precator carere debet penitus impetratis. extra de reseri. sedes in fi. item si contra ius vel vtilitatem publicam vel contra prescriptionē. ibidem. item si est contra ius naturale non valet. si concedens habet ius tollendi illud. Casus. ff. ne quid in lo. pu. fi. l. ij. §. si quis. Si vero dicitur in genere non obstante aliqua lege vel canone non valet, q; nulla lex etiam scripta vel etiam canon, ius naturale tollit. ff. de regu. iu. l. priuilegia.

Nota magna est differentia inter priuilegium datum persone ꝛ datum loco, si est persone non transcendit vitaz persone. extra de re. in. priuilegia lib. vj. si datum est loco, perpetuum. vt. di. ij. quis filius. si vero duobus recurrendum est ad personam concedentem. extra de iudi. cum venisset. Si tamen dator vel conditor haberi non potest status priuilegio. nisi aduersarius ꝙtrarium per testes ostendat. arg. extra de fi. instrumē. cum io. Et vide si agatur reali vel personali extra de fi. instrumē. cum io. Et vide si agatur reali vel personali actione. extra de lit. non contest. quoniam frequenter. item si datum sit ad tempus. vtrum tempus sit finitum. xxv. questio. ij. §. fi. item vide si aliqua conditio sit annexa que non sit impleta, q; nūc non valet. extra de condi. appo. verū. vide si satisfecit qō ꝓmisit q; alias nō valet. de condi. appo. super eo. ¶ Et no. † differētiā

inter donationem sub conditione ⁊ donationem sub modo. Donatio sub conditione non tenet nisi adueniente conditione siue ea completa. vt. ff. de conditio. ⁊ demon. l. qui bene. §. vlti. Donatio sub modo est do tibi mansum vt me pascas quādiu vixero. hec donatio statim tenet ⁊ non reuocatur quādiu modus seruatur, extra de condi. app. verum in glo. vnde nota differentiam, sepe tamen
3 vnum ponitur pro alio ibidem. No. † viij. casus in quibus donatio facta ecclesie non valet, nec reuocari potest. Primo si sub modo facta est ⁊ conditio deficit, vt iam dictum est. Secūdo propter turpe factum appositum. extra de simo. c. de regularibus. ⁊. c. veniens. Tertio propter dati enormitatē. xiij. q. ij. si quis iracundiam. Quarto propter sequentem procurationem. xvij. q. iij. quicunq;. Quinto pp recipiētium fraudē. xvij. q. vlti. cōstituit. Sexto propter donantis impotentiam. extra de testa. filius noster. Septimo propter cause defectū. extra de renunti. c. ex transmissa. Octauo propter doni immensitatē. xij. q. ij. si quos. de seruis.

6 **Item nota** † quinq; vel sex casus in qbus donatio facta alteri potest de rigore iuris reuocari. Primus si donatarius in donatorem manus impias iniecerit. Secundus si atroces iniurias ei ifert. Tertius si graue rerū sue rū ei dānum intulerit. Quartus si graue vite periculum ei inferre presumpsit. Hos quatuor casus habes extra de dona. c. vlti. Quintus propter ingratitudinem, sextus si conditionem sibi appositaz non seruauit ibidem. ⁊. C. de renocan. donation. l. vltima.

¶ Item donatio facta a matre si tranleat ad secundas nuptias, ex tribus casibus potest reuocari. Primus si filius vite sue insidiatus est. Secundus si atroces manus in eaz iniecerit. Tertius si totius substātie molitus est iacturam. in auctentica. de nuptijs. §. mater. Et intellige quod hec dictio atrox tribus causis cōfideraf. instituta de iniurijs §. atrox. vnde versus. His tribus ex causis iniuria dicitur atrox. Facti persone vel loci de ratione.

¶ Item vide si priuilegium est concessum ob causam vtrum causa subsit vel non, ⁊ vtrum fuit causa impulsiua. xix. questione secūda qui iunt. Item, vide si renuntiauerit facto vel verbo, dic tunc quod non valet. extra de priuile. Item si abusus fuerit priuilegio non valet. extra de priuile. vt priuilegia, ⁊ de regu. iu. priuilegiū. lib. vj. item considera diligenter an propter delictum fecerit se indignum. extra de priuile. tuarum. item si fecerit contra priuilegiū ibidem. item vide si sit generale vel speciale vel vnum generale ⁊
7 aliud speciale, quia † generi per speciem derogatur, vt extra de reg. iu. generi per speciem. lib. vj. item si priuilegium sit alicui dānosum non valet, extra de deci. suggestum. ¶ No. versus de casibus quibus perditur priuilegium. Si facis contra, si negligo propter abusum. Delictum damnum pariterq; concessa potestas. Item priuilegium non valet in quo continetur quod aliquis ab oibus sit immunis. idem dic de qualibet scriptura. C. de decurionibus. l. exemplo. ⁊. l. vacantis. ⁊ vt breuiter me expediam, vide ca. ex ore. de priuilegijs. ⁊ de senten. ⁊ re iudi. inter monasteriū, ⁊ de fide instrumen. inter dilectos. ⁊. lxxij. di. per totum.

SVMMARIVM

1 Testamentum quid sit.
Testamentum nisi sit vltimum non valet.
Heres non institutus, testamentum perit.
Furiosi testamentum non valet.
2 Masculus qui quatuordecim annos nō compleuit ⁊ femina duodecim testamentum facere non possunt.
3 Casus in quibus filius potest exheredari.
Nemo existens in potestate testatoris potest esse testis.
4 Miles potest suum testamentum facere coram duobus testibus.
Testamentum nullus facere potest qui seculo renuntiauit.
Testamentum impugnans priuatur legato sibi facto.

¶ Contra testamentum.

ID faciendum testamenta,

2 Sciendum † quod testamentum est voluntas solennis qua protestatur quis de rebus suis post mortem suam ⁊c. xij. q. ij. placuit. An testamentum valeat prius cōsidera quis fecit testamentum. Et an secundum regulas iuris testatus sit de numero testium. ⁊ quod rogati debent esse, dixi supra in titu. de testib. Testamentum nisi sit vltimū non valet. extra de celebra. missa. cum marthe. item videtur vtrum illa vltima voluntas sit per aliam posteriorem immutata, ⁊ dic quod non valet, vt. xij. q. vlti. item testamentum non valet nisi heres fuerit institutus. ff. de bis q̄ in testa. l. vlti. item si testator fuerit furiosus testamentum non va
2 let. C. qui testa. facere non possunt. l. furiosum. † Item masculus q quatuordecim annos non complenit ⁊ femina duodecim non possunt testamentum facere. ff. de testa. l. qua etate. Item nec mutus nec surdus potest testari. C. qui testa. face. nō possunt. l. discretis. Et intellige de surdo a natura, quia si a morbo ⁊ sciat scribere bene potest. ibidem. item filiusfamilias non potest etiam de voluntate patris nisi de castrensi pecunio. C. de inoffi. testa. l. penulti. itē infamis ob crimen famosum. l. is cui. ff. de testamen. extra. de here. excommunicamus. item captus apud hostes si faciat testamētum non valet. inst. quibus non est permissum facere testamentū. §. vlti. vbi pene omnes predicti casus sunt in glo. fi. item si pater petit filium in testamento non valet. ff. de iniusto rup. ⁊ irrito testamento. l. nā ⁊ si. itē si exheredauit sine causa expressa ⁊ vera ac
3 a iure concessa non valet. C. de postu. l. non licet. ¶ † Casus autē in quibus filius potest exheredari habes de iureiurā. ⁊ in auctē. vt cum de appella. cog. §. causas. colum. viij. Item si testamentuz fuerit rasum seu vitiatum in loco suspecto non valet extra de cri. fal. licet. de fide instrumen. inter dilectos.

Nota mulier non potest esse testis in testamento. ff. de testa. l. qui testamentum. vbi dicitur mulier in testamento testimonium dicere non potest. item nemo existens in potestate testatoris potest esse testis. ff. eo. titu. qui testa. l. j. item quod omnes testes sint liberi. ⁊ puberes alias non valet. institu. eo. titu. §. sed cum aliquis. ⁊. §. testes. ⁊. s̄. ca. contra testes. item nisi testes in fine testamenti se subscripserint non valet. ff. eo. tit. l. heredes. ⁊ illa omnia que dicta sunt debent in testamento solenni esse. Et secundum leges quando pater testatur inter liberos ⁊ nepotes tunc non est necesse quod tanta solennitas adhibeatur. C. eo. titu. l. consultissima. Sed sufficit tunc quod ad
4 hibeantur duo testes. Similiter miles † potest suum testamentuz facere coram duobus testibus. ff. de testamē. milli. l. diuus. ¶ Nota nullus potest facere testamentum qui seculo renuntiauit ⁊ aliquam religionem intrauit, ⁊ si testamentum fecerit nō valet. xix. questio. vlti. quia ingredientibus. ¶ Nota si quis dixerit committo tibi vltimam voluntatem sine dispositionem ego Jo. ⁊ heredes quem tu volueris. Si postea testamentum factum fuerit non valet secundum leges. Secus est de benignitate canoni. iij. questio. ij. vbi dicitur qui extremam voluntatem in alterius dispositiones committit non videtur decedere intestatus item si aliquid in testamento tibi fuerit legatum. cane ne testamentum impugnes quia legato priuaberis. C. de codicil. l. vltima. quia nemo debet habere subsidium ab eo quod impugnat, extra de censi. cuz olim. Et hec de testamento sufficiunt.

SVMMARIVM

1 Positiones ad quid inuente.
Casus in quibus actor ab actu iudiciali remouetur p positiones minus legitimas.
Negatiua positio quotuplex.
2 Negans emancipationem recte factam hoc debet probare.
Bonus ⁊ idoneus quilibet presumitur nisi contrarium probet.
Negatiua pregnans que dicatur.
3 Positio si non releuat ponentem vel prodest petenti, talis positio non debet admitti.
Traditio nuda non transfert dominium.
4 Via periurijs non est aperienda.
Positioni obscure ⁊ cauillose respondere non tenetur reus.
Sententia non potest ferri super re incerta.
5 Instrumentum calumnie in quibus prestetur.
Confessio semper debet conuenire naturali ratione.

¶ Contra positiones.

P Ositiones sunt inuente vt

1 † releuentur partes ab onere probandi, presertim per testes facilius enim fiunt cōfessiones quam productiones testium cū testes idonei vix inueniuntur ⁊ cum labore ⁊ expēsis producuntur. iij. questio. ij. §. item in criminali. Nota sex modis actor ab actu iudiciali remouetur p positiones minus legitimas. Primus modus si positio fuerit negatiua probari non pōt. Sed qui ponit, necesse habet probare quod posuit. ff. de prob. l. ij. No. qō negatiua est triplex facti, iuris, ⁊ qualitatis. Negatiua facti est

eſt duplex pnra ꝛ ſimplex que non hꝫ determinationeꝫ loci vel
temporis vel alicuius rei, ꝛ hoc probari non poteſt directe vel in-
directe, vt ſi quis dicat ſe nunquam citatum fuiſſe. extra de elec.
bone. i. Si autem adiiciatur tempus vel locus vel aliquid ſimile
tunc poteſt probari indirecte. extra de teſti. ex tenore. ꝛ. c. ſeries.
Itē negatiua facti probatur cum habeat affirmatiuam implicitā.
vt ſi dicat, coactus renuntiaui. hoc dꝫ probari extra de renūtia. ſu
2 per hoc. Negatiua iuris bene probatur vt ſi negans† emācipatio
nem recte factā hoc debes probare. ff. de prob. l. ab ea parte. §. idē
reſpondeo: ſiquis negat aliquid iuſte factum dꝫ illud probare. ne-
gatiuā qualitatis, vt ſi diceres. ille non eſt idoneus vel legitimus
vel non ſoluendo fidelis. hoc dꝫ probare qui hoc dicit, quia quili-
bet preſumitur bonus ꝛ idoneus niſi probetur contrarium, extra d
preſum. ondum. ꝛ de ſcrn. in ord. fac. c. vnico. item omnis negati-
ua que includit in ſe affirmationem appellatur negatiua pregnās
ꝛ talis negatiua probatur propter inclusionem affirmationis, ex-
tra de proba. quoniam. de teſti ex tenore.

Secundus modus eſt ſi poſitio non facit ad cauſaꝫ vt
nō eſt facta ſuper re de qua agitur in libel
lo non valet. verbigratia. Si agitur de rei vēdicatione ꝛ actor pe-
titionem facit ſuper mutuo depoſito, talis poſitio non valet. Ter
3 tius modus eſt. ſi† poſitio non relenat ponentem vel non prodeſt
petenti, talis poſitio non debet admitti. extra de excep. dilecti fi-
lij. Nota differentiam inter ſecundum ꝛ tertium modum. In ſecū
do licet poſitio ſuper re, de qua agitur non ſit probata, tamen mō-
ſtrat mentionem ponentis. In tertio autem nihil facit ad negotiū
de quo agitur. Quartus modus ſi eſt poſitio pendens ab alia poſi
tione que negata eſt, talis poſitio nō valet. v. g. Actor dicit. Pō
no quod. A. tradidit mihi fundum. reus negat hoc. Actor poſtea
producit aliam poſitionem dicens. pono quod. A. tradidit mihi
fundum talem. hec poſitio non eſt admittenda propter duo. Pri
mo qꝛ non relenat ponentem, quia nuda traditio non tranſſert do
miniuꝫ. ff. de acquiren. re. do. l. traditio. Secundo qnia pendet ab
alia que fuit negata. Unde ſi reus ad iſtam que ad negatam depē
4 det reſponderet, poſſet de facilli periurium incurrere. Sed iudex
dꝫ† caute precauere ne det viam periurijs. extra de iureiur. ſi ve-
ro. Quintus modus ſi poſitio eſt implicata que ſit quando aduo-
catus duas poſitiones format ſub vna interrogatione ſic quod al-
tera pars eſt vera ꝛ altera falſa. ꝛ is qui interrogatur credit poſſe
ſimpliciter reſpondere. Exemplum. Pono te comediſſe in eccle
ſia. comediſti ꝛ eccleſiam non intraſti. non potes reſpōdere q; ſic,
qꝛ bodie eccleſiā non intraſti, nec potes dicere q; non, qꝛ aliasnon
ita actor certaꝫ dꝫ facere poſitionem. Si vero poſitio obſcura vel
cauilloſa fuerit. reus reſpondere non tenetur, in Spe. ti. de poſi.
§. vij. verſ. iij. quoq; ꝛ ver. xiiij. qꝛ ſuper re incerta non poteſt fer
ri ſententia. xj. q. iij. graue. nec licet aliquem fratrem ſuum recon-
uenire circunſcriptione verboꝝ. xxij. q. iij. vnuſquiſq; dicat ergo
vel poſitioneꝫ factas declarari vel te non admitto ꝛ ſi ſint poſitio
nes due vel vna implicata, de illa vnam parteꝫ diuiſim proponat.
vt pono te bodie comediſſe. ad illam reſpondeat, reus, credo vel
non credo. poſtea procedat ad aliaꝫ ꝛ dicat. pono te bodie intraſ
ſe eccleſiam. ad illam poſitionem poteſt reſponderi. non intrauī.
Item aliud exemplum. Pono quod poſſides eccleſiam ſancti.
Uiti pertinentem ad monaſteriuꝫ ſancti Petri ibi implicantur
duo. vnum quod reus poſſideat eccleſiam ſancti Uiti. ꝛ quod ec
cleſia beati Uiti pertineat ad monaſterium ſancti Petri, ideo
debent fieri due poſitiones. Sextus gradus eſt ſi fit poſitio ſuper
articulo procedente de eadem re. quod non eſt ponendum. Nam
tunc forteſſe negauit quod modo confitetur. tanquam nauta naui
gans contra ventum non eſt audiendus. in auct. de his qui ingre.
ad appella. §. primo. colla. ij.

Nota in cauſa ciuili debet reſpondere reus po
6 qꝛ† in talibus preſtatur iuramentum calumnie quod eſt ſm credulitatē
dulitatem. Sed in cauſis dꝫ reſpondere ex certa ſcientia. quia in
talibus preſtatur iuramentum de veritate dicenda. extra de iura.
cal. Statuimus. lib. vi. Uo. confeſſio ſemper rationi naturali dꝫ cō
uenire. vnde ſi aliquem dico filium meum ꝛ eras non patitur, non
vꝫ confeſſio. ff. de interroga. actio. l. confeſſionibus. §. ꝛ ſi. Item ſi
formidine tormentorum fateatur aliquis contra me talis cōfeſſio
mihi non preiudicat. niſi poſtea tormento liberatus in eadem con
feſſione perſiſtat. ff. de queſtio. l. i. §. ſi quis. item queritur vſq; quo
in cauſa poſitiones fieri poſſent ꝛ debent. reſpondeo qnouſq; re-
nuntiatum fuerit teſtibus, probationibus ꝛ inſtrumentis. ꝛ hec de
poſitionibus ſufficiant.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Sententia quid ſit.
2 Sententia lata die dominica vel alio tempore feriato, etiam pa-
tibus conſentientibus, non valet.
Genera abſentiarum quot ſint.
3 Appellās nō audit niſi veniat iudice adhuc ſedente p tribunali.
4 Sententia in qua mortuus condemnatur eſt nulla.
Sententia lata ab excommunicato non valet.
5 Sententia per ſurreptionem lata eſt nulla.
6 Retractari poteſt ſententia de nocte lata.
Judex ſi ſedendo non tulerit ſententiam, eſt ipſo iure nulla.
7 Sententia in omni cauſa nunquid poſſit ferri ſine ſcriptis de con
ſenſu partium.
Sententia lata contra minorem. xxv. annis ſine tutoris auctoritа
eſt nulla.
Sententia a non ſuo iudice lata an valida.
8 Seruus ſi ſententiam tulerit, nulla eſt ipſo iure.
Hereticus, iudeus vel alius fidei inimicus non poteſt ſententiam
ferre in chriſtianos.
Judicis ſecularis nulla eſt ſententia ſuper re eccleſiaſtica.
9 Sententie que ſine appellatione reſcinduntur que ſint.
Tramites iudicij qui ſint.
10 Lis niſi prius fuerit conteſtata, nulla eſt ſententia.
Caſus in quibus valet ſententia lite non conteſtata.
11 Sententia lata per falſos teſtes vel per falſa inſtrumenta quādo
retractetur.
12 Judices penā pecuniariā poſſunt remittere ratione paupertatis.

¶ Contra ſententiam.

1 **Sententia** eſt diffinitio iudicialis† que ꝙtro
uerſijs finē imponit ꝑnūtiatione
iudicis ꝙdēnationē vel abſolutionē ꝙtinēs, vt ſi dicat
iudex. viſis ꝛ auditis confeſſionibus ꝛ allegationibus
vtriuſq; partis, necnō atteſtationibus ab actore ꝛ reo ꝑductis di-
ligenter inueſtigatis, ꝛ intellectis ꝙſilio habito iuriſperitorum. ta-
lem ꝙdēno ꝛ abſoluo ꝛc. vt pꝫ. i. q. i. in primis, ꝛ extra de ſequeſt.
poſ. c. i. in Spec. ti. de ſen. §. vt autem. verſi. nos itaq;. Sm̄ autē
ſnie diuerſe a iudicibus proferunt̄. quax alique ipſo iure ſunt nul-
le. aliqne p reſtōneꝫ in integ. aliqne per appellationem interpoſi
tā. aliqne per ſuppliationē retractant̄. Ideo ꝫ ſnias aliqd videa-
mus. ꝛ primo ꝫ illas q̄ ſunt ipſo inre nulle a quibus non vꝫ appel-
2 lari. extra de vita ꝛ honeſta. clerico. cum ab omni. † Itē ſententia
lata die dominica vel alio tempore feriato nō vꝫ. etiam partibus
conſentientibus. extra de fer. c. vlt. ff. de fer. l. ſi feriatis. Itē ſi
pore meſſium vel vindemiarum ꝙpellatur quis litigare excepti-
ne prius poſita ſi ſententia lata fuerit, ibidem. item ſententia la-
contra abſentem non contumacem non valet. iij. q. ix. caueat. pro
illo nota quinq; genera abſentiax.

Prima eſt abſentia probabilis neceſſaria. vt inimicitia.
Secunda eſt probabilis tm̄. vt in ſtudio. Tertia
neceſſaria tantum. vt in relegato. Quarta eſt voluntaria. vt i mer-
catore. Quinta eſt per contumaciam. Hec quinq; habes. ff. de in
integ. reſt. l. vlt. In prima reſtituuntur ad totam cauſam. C. de pro
cu. l. quia abſente. In ſecunda ſi non fuerit defenſus appellans au-
dit̄. C. qnomodo ꝛ quando iudex. l. ab eo. In tertia cognita cauſa
ſubuenitur. In quarta nō reſtituit̄ ſed leditur per ſententiaꝫ de re-
3 iudi. l. de vnoquoq;. † Item quinto non audit̄ appellans niſi ve-
niat iudice adhuc ſedente pro tribunali. ff. de in integ. reſti. l. pe-
Alios caſus abſentie ꝛ qnmaeie habes. extra vt lit non conteſt.
qm̄ frequenter. Itē nulla eſt ſententia ſi duo vel plures ſint iudi-
ces, ꝛ vnus ſine altero procedit niſi in delegatione contineatur q;
alter ſine altero procēdat ſine mādato coniudicis abſentis. extra
de offi. iudi. dele. prudentiam. Itē ſi duo iudices diuerſas profe-
runt ſentētias tenet pro reo, nō pro actore, niſi in cauſa fauorabi-
vt in matrimonio vel teſtamento. hoc eſt verum ſi ex ordinaria iu-
riſdictione procedit. Si vero ex delegata. ex vtroq; ſentētia pen-
det in arbitrio delegātis. ꝛ ſi ex compromiſſo nentra debet habe-
re vigorē. extra de ſen. ꝛ re iudi. duobus. Itē nulla eſt ſententia ſi
certum terminū ſuperior aſſignauerit infra quem debet ſententia-
re. ꝛ iudex poſt datum terminū ſentētiauerit niſi termimus de cō-
ſenſu partiū prorogetur. extra de offi. dele. de cauſis. Item nulla
eſt ſententia niſi pars contra quam lata eſt tribus edictis vel vno
peremptorio fuerit renocata. xxiiij. q. iij. de illicita. ꝛ. c. de excē-
cationis. ꝛ ſi non inuenitur citādus nihilominus ad ſuam domum

debet citatio dari, ꝛ ſui amici requirẽdi ſunt an ſit aliquis qui velit eoꝝ defendere aliter ſententia non vꝫ. extra de do. ꝛ contu. cauſam que ꝛ ibi in glo. ꝛ. c. fin. † Item nulla eſt ſententia in qua mortuus condemnatur. ff. de ſen. que ſine appel. reſcin. poſ. l. pe. intelli
4 ge niſi in caſibus exceptis. vt in crimine here. xxiiij. q. ij. ſane. Jtẽ nulla eſt ſententia que continet preceptum impoſſibile quia nemo ad impoſſibile obligatur. in regula nemo. extra de reg. iur. lib. vj. Item ſententia lata ab excommunicato non valet. extra de ſent. ꝛ re iudi. ad probandum. Item ſententia nulla eſt quando libellus non eſt oblatus. extra de libel. ob. c. j. ij. ꝛ iij. intellige niſi ſint brevi
15 rñdens hẽbitur ꝓ cõfesso, vel negante † put vtilius fuerit interrogãti. L. de etate. ℣. ꝙ tacuit. ff. de interrog. act. ꝛ ibi ꝑpetuo põdera te ℞ba Bar. ꝙ voluit qó dispõ. d. c. si post ꝓstitũ, que loqtur in positionibus ꝓcedat ẽt in interrogationib⁹. Quarto fallit qñ positio scienter fuisset falsa, qꝛ ſꝫ aduersarius non rñdeat, nõ hẽbitur ꝓ confesso. aureũ fuit ℞bum Bal. in. d. l. sicut in fi. ꝛ ideo nor. ꝓ defendẽdo amico. Quinto fallit nec hꝫ locuꝫ in recusante respondere libello, qꝛ non hẽbitur ꝓ confesso. rõ est, qꝛ cõpelli dꝫ ad contestandã litẽꝫ remedijs iuris, ꝛ prætorijs multa indicta captis pignoribus, ꝛ per carcerationẽ not. in. d. l. j. ℣. ex hoc rescripto. ff. de vẽtre inſpi. ita Bal. in. l. j. in. v. q. j. de lit. ꝙe. ꝛ in auc. qui semel. j. qũo ꝛ qñ iudex. Sexto fallit qñ positio esset facta minus debite, qꝛ fuisset talis cui non debuisset rñderi, vel saltem debuisset sibi dari terminus ad rñdendum ꝑm Bal. hic in. iiij. ꝛ in

16 viij. col. ꝛ idem Bal. in. d. ℣. ꝙ si actor. † Ultimo fallit, qꝛ nõ sem per ex contumacia ꝙs haberur ꝓ cõfesso. nec semper tanꝙ confessus condẽnatur, sed ita demũ si qualitas cause exigat condẽnationẽ, ita ꝓbat rex. in ℞ſ. quẽadmodum ipsa rei qualitas iuncta glo. in. d. ℣. qó si actor ꝑm Bal. Sali. ꝛ Pan. de cast. ibi exemplificantes, qñ libellus fuisset ineptus, vel nõ cõcludens, vel manifestã defensionem rei continens, qꝛ istis casibus ex vera ꝙfessione non posset condẽnari, ergo multominus ex ficta qó est no.

17 ¶ Et † facit ad statuta disponentia bannitos hẽri ꝓ confessis, qꝛ non habebunť ꝓ confessis qñ accusatio, vel inqsitio nõ cõcluderet crimen punibile, qꝛ impossibile est fieri condẽnationem ex ficta confessione ꝓp contumaciã, ꝛ ad hoc alleg. Paul. de cast. in. d. ℣. si actor. Bar. in. l. absente. ff. de pe. melius allega. Bart. cons. incipien. d. Cy. de Bononia, ꝛ melius cõsi. cvij. incip. visis oibus statutis, Bal. in. l. respõ. Veratius. ff. ad. l. aquil. in fi. ꝛ in l. si eũ. in prin. ff. si qs cau. ꝛ in. l. vnica, circa fi. ℣. de cõfes. in. l. certi cõditio. in prin. in. ix. colũ. ff. si certũ peta. Cepol. Veronen. cautela. cccxviij. incipiẽ. similem cautelam ꝛc. vbi voluit, ꝙ post confessionez, ꝛ ẽt condemnationem, qñ condẽnatio sequuta fuisset ex ficta cõfessione ob cõtumaciã, ꝙ tũc ꝙdẽnat⁹ possit se defendere

18 ex eo, ꝙ crimen nõ fuisset punibile, ꝛ ẽt poterit ꝓbare ꝛium, † ꝛ sepe dixi tres effectus insurgere ex vera, ꝛ expressa confessione ſꝫ nõ insurgerent ex ficta confessione ꝑp contumaciã. Prim⁹ effectus, qꝛ ex inordinato quomodocũꝙ processu põt sequi condẽnatoria ꝙ confitentẽ vere, ꝛ expresse, doctrina est Bar. in. l. si cõfessus. ff. de custo. ꝛ exhibi. reor, secus ex ficta cõfessione, qꝛ ex inordinato ꝓcessu nõ poterit sequi condemnatoria, ita Bal. in addi. Spec. ti. de accu. ℣. ꝛ no. ꝙ accusatio. ver. ꝛ no. ꝙ libellus, idem Bal. in. l. error. in fi. ã. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ istud est ꝙ voluit bar. in. l. absentẽ. ff. de pe. Scõs effectus, qꝛ expꝛssa, ꝛ vera cõfessio ꝓbat vere delictũ, exẽplũ notarius ꝙfitetur se fecisse falsum instrm̃ cõdẽnať de falso, certe nunꝙ poterit ꝙficere alia, gl. singu. i. ℣. fi. in auc. de tabel. bar. in. l. eundẽ. ℣. j. ff. ad. l. iul. repe. tñ si ꝙtumax ex ficta ꝙfessiõe cõdẽnareť nõ ꝓderet ꝓtẽ ꝙficien di alia instrã, ita Bar. in. l. si iõ, in ꝓn. ff. de euic. Bal. in. l. trãsigere, circa mediũ. ℣. de trãsac. Tertio effect⁹, qꝛ ſnia lata ℥ spõte, ꝛ vere ꝙfitentẽ eũ infamat, quo ad oẽs. l. qm̃. ff. de infa. ſꝫ lata ex ficta cõfessiõe, ꝛ cõtumacia nõ infamat, nisi tm̃ quo ad illaꝫ psonã ad cui⁹ instãtiã fuisset cõdẽnatus, ita sing. Bar. in. l. ei⁹, ꝙ delatorẽ in fi. ff. de iure fisci. ꝛ istos tres effect⁹ collegi ex ℞bis Ang. are. in ope malefi. in ℞ſ. ꝙ iudex videꝫ, ꝙ inqsiti nõ cõparẽt, ꝛ iõ no. ista qꝛ pulchra

19 sunt, ꝛ ꝙtidiana. ¶ Septimũ breuiloquꝫ † ꝙ positiõi incerte, ꝛ obscure i fcõ alieno qs rñdere nõ teneť, ꝛ iõ ℬ loco ꝓ declarãdo isto breuiloquo opꝫ declarare gl. nr̃am dũ tradidit cõsiliũ in ꝓponẽda negatiõe, in quo passu tenetis qó gl. ℬ in ℞ſ. itez qd si ita est incertũ nõ bñ declarat, ꝛ vario mõ loqtur lꝫ cõsiliũ gl. in ꝓponẽda negatiua nõ credo eũ venire, qꝛ tũc non videbať cõfiteri eũ moriturꝫ esse, sec⁹ si postponat negatiuã, credo Titiũ vltra mare nõ venire, ꝛ sic negatio postposita erit maioris effect⁹, qꝛ cẽsebiť cõfiteri eũ moriturũ q̃ antepositа, ꝛ cũ isto cõsil. gl. trãsetit bart. ꝛ Sal. nõ

20 ꝓbãtes, ꝛ ad hoc reputať ista glo. ꝓ no. ꝛ allegabili cõiter † ꝙ negatio postposita sit maioris effectus q̃ añposita. Bal. vero ꝛ moder. dãnat cõs. gl. ꝛ meli⁹ qm̃ ex ista rñsione nõ credo eũ venire nõ releuať aduersari⁹ ab onere ꝓbandi, merito iudex ad clare rñdẽdũ agere poterit, i hoc tm̃. vij. breuiloqo Bart. hic magꝛ tria facit mẽbra, aut incertitudo causať ex fcõ interrogati rñdere debẽtis. ꝛ isto casu decidit Bar. ꝙ in fcõ ꝓpꝛio de recenti tenet ꝑcise rñdere, qꝛ nõ ꝑsumiť in eo ignorãtia, vt dicit Bal. post gl. in l. si res obligata. in ꝓn. ff. de le. j. nisi fcm̃ ꝓpꝛiũ eẽt implicitũ, ꝛ in-

21 volutũ, † qꝛ tũc in fcõ ꝓpꝛio de recenti ꝑsumiť ignorãtia. l. emptor. ℣. Inci⁹. ff. de pac. vel in fcõ ꝓpꝛio multũ antiquo, vt declarat glo. Bar. ꝛ oẽs, in. l. si qd deleganerit. ff. de noua. ꝛ in. d. l. si res obligata. Bar. in. l. q fundũ. ℣. fern⁹. ff. ꝺ vsucap. ꝓ empto. ꝛ istis duobus casib⁹ in fcõ ꝓpꝛio implicito, ꝛ inuoluto, seu multũ antiquo dũ dus erit terminus ad se certifican. ꝛ clare rñden. aut incertitudo caulatur ex fcõ interrogãtis, ꝛ ponẽtis, ꝛ tũc positioni incerte, seu obscure qs rñdere nõ cogiť. l. de etate. ℣. nihil. ff. de interro. act. ꝛ in hoc nemo discrepat, ꝛ ꝓcedit breuiloquꝫ, aut ℞o causať ex fcõ tertij, vt in exẽplo gl. in quo gl. sentit ꝙ nõ tenetur rñdere per. l. marcel⁹. ℣. j. ff. rerũ amo. Bar. tꝫ ℥ glo. qꝛ tex. in. d. ℣. j. loqtur in suo ℞itatis, ſꝫ nos loqmur in suo credulitatis qó cadit ẽt in fcõ alieno, ꝛ ideo vult Bar. ẽt isto casu debere assignari terminũ ad certificãduꝫ, ꝛ clarificãdũ se ad rñdendum qó intelligit Bal. qñ assignato termino verisimiliter possit certiorari de fcõ alieno, alias nõ tenebitur rñdere. ꝛ in hoc bene dicit, ꝛ voluit gl. in. c. ij. de cõfes. lib. vj. sed plus vult Bal. hic circa. vj. col. ꝙ ſꝫ quandoꝙ admittatur libellus incertus, tm̃ nunꝙ admittitur incerta positio, ꝛ esset mirabile si verũ esset, ſꝫ credo eum male loq, vt apparebit ex dicẽdis in. viij. breuiloquio. ꝛ cũ ista doctrina Bar. confirmatur breuiloquꝫ nr̃m, ꝛ est cõis, ꝛ tenuit Spe. ti. de posi. ℣. ij. ℞ſ. item ꝙ ponit certum, gl. Bar. ꝛ doc. in. l. si qdem. j. de excep. Bal. in. l. magnã. j. de contraben. ꝛ commit. stipu. gl. ꝛ doc. in. c. presentiũ. de testi. lib. vj. ꝛ sic intelligetis istud breuiloquiuꝫ ꝑm doctrinam

22 Bar. hic. ¶ † Octauuꝫ breuiloquiuꝫ est, ꝙ positioni alternatiue regulariter quis nõ cogitur rñdere, qꝛ alternatiua parit obscuritatem, tex. est in ver. dolo vel negligẽtia, quem ponderãt Inno. ꝛ doct. in. c. ex parte decani, extra de rescrip. text. in. c. audits, eo. tit. ꝛ in. c. cõstitutus, extra de in integ. resti. Inn. in. c. cũ bertol⁹. extra de re iudi. Bal. i. l. cogi. j. de peti. here. in. l. j. ℣. de fur. in. l. ij. ℣. de sen. que sine certa quanti. in. l. edita. in repet. padna. in. xxiij. col. versi. quid dicemus. ℣. de eden. ꝛ in. l. gallus. ℣. si eꝫ ff. de libe. ꝛ postbu. Ang. in. l. qui interrogatus. ff. de peti. here. qó breuiloquiũ limito ego vbi alternatiua fieret in facto alieno in quo caderet probabilis ignorantia. secus si fieret positio alternatiua sup aliqua promissione precedenti alternatiua, qꝛ tunc tenebitur rñdere. ita do. Anto. in. d. c. ex parte decani. Secũdo ego limito procedere vbi incertitudo descẽderet ex culpa aduersarij ponentis, secus si procederet ex culpa, ꝛ facto debentis rñdere, qꝛ isto casu semp positio incerta, ꝛ alternatiua admittitur, sicut dicimus in libello, vt declarat Bart. per tex. ibi, in. l. j. ℣. ꝙ autem ff. quorum lega. ita limitat do. Ant. in. c. tertio loco. extra de probatio. ꝛ sic ex hoc non tenui cum Bald. in precedenti breuiloqo. regulariter añ stat breuiloquium nostrum quod positioni incerte, ꝛ obscure, non cogitur quis respondere.

23 ¶ Nonũ erit breuiloquiũ, † ꝙ positioni impertinẽti nõ possit ꝙs

arctari

arctari ad rñdendum ſm glo. hic. Bar. ⁊ cõſiter doct. ⁊ aſſignat rõ ſingularis, qz poſitio dz extrahi ex corpe libelli ac fundari in deductis in libello, ⁊ ideo volens facere poſitiones, dz ſemp hẽre
24 libellũ preoculis, †qz qui nõ intelligit libellum, nunqz ſciet facere poſitiones ſm Bal. elegãter in §. qõ ſi actor. ff. ea. l. Et iſtud breui loquiũ intelligatur qñ poſitio oĩmodo, ⁊ in totũ eſſet imptinẽs nõ faciens ad cãm, nec principalr, nec cõiecturatiue, nec incidenter puta ego pono qõ rex eſt in Francia, qz nihil facit ad petitionem mutui, ſecus tñ ſi poſitio aliquid faceret ad cãm, vel preſumptiue, vel ꝙiecturatiue, vel de per ſe, vel iuncta cũ aliis adminiculis, exẽplum ego pono, ꝙ olim fui dñs iſtius fundi, vel ꝙ olim poſſedi,
25 certe iſta poſitio erit admittenda, †qz olim dñs, vel poſſeſſor etiã hodie preſumitur dñs, vel poſſeſſor ſaltem cõiecturatiue, ita exẽplificat, ⁊ declarat Bald. hic, ⁊ in. l. ſine poſſidetis. ff. de proba. in l. cũ virum. ff. de fideicõ. ⁊ in. l. vnica. in. xxiij. col. ff. de cõfeſ. ⁊ ideo no. qz iſta ſepe ſolent allegari, ⁊ ex hoc infertur, ꝙ lz ꝓbatio dẽat de neceſſitate cõcludere. l. ad ꝓbationẽ. ij. ff. de proba. l. non hoc. ff. vnde legi. c. in pñtia. extra de ꝓbatio. tñ poſitio adducens aliquã coniecturã, vel adminiculum ad cãm admittit, ⁊ ſufficit, ſed certe
26 iſtud nõ eſt mirabile, †qz ẽt probatio coniecturalis admittit ẽt adminiculatiua, immo capta tendẽtia ad probandum cenſentur eſſe pertinentia ad cãm, qñ vel principalr faciunt, vel adminiculatiue, ſeu cõiecturatiue ad cãm. l. ſi duo patroni. §. fi. ⁊ ibi Bar. poſt glo. ff. de iureiur. ⁊ ibi allegant multas concor. ⁊ ſemp in pallatijs allegatur doctrina Alberi. hic qõ melius eſt mille capitula impertinentia admittere, ⁊ ſic mille poſitiones impertinentes, qz vnam pertinentem reijcere. ¶ No. tñ ⁊ vigito alligato, qz in plurimis ciuitatibus, prout in hac vbe diſponit ſtatuto, ꝙ oẽs poſitiones, ⁊ oĩa capta cenſeantur admiſſa, ⁊ quibuſcũqz poſitionibus rñdendum eſſet reſeruato iure diſputandi ſuper pertinẽtia, ⁊ impertinẽtia tpe ſnie ferẽde in fine litis, qz iſtud ſtatutum non pcederet qñ
27 appareret notorie, ſeu euidẽter poſitiões eſſe impertinentes, †qz in notorijs nõ cadit diſcuſſio, nec examinatio. c. ad nrã, el. ij. alias el. iij. extra de iureiur. gl. no. in. l. j. ff. qui, ⁊ ad. quos, ergo ſtatutz loquẽs per ꝟba quantuncũqz gñalia ⁊ vniuerſalia qbuſcunqz poſitionibus, ſeu qbuſcunqz captis, nõ poſſet ꝙuenire poſitionib⁹, ⁊ captis oĩno impertinẽtibus, ſed tm̃ ſuper illis vbi caderet aliqualis dubitatio, qz vbi non cõueniũt ꝟba ſtatuti, nec eius mẽs, ⁊ diſpõ, ita refert Joã. de imo. obtinuiſſe Bononie in. l. iij. §. prior, ff. toties. ff. de dã. infec. arg. illius tex. ⁊ no. per Bart. ibi. Et pro iſta deciſione cõſueui allegare tex. cũ no. ibi p Bar. in. iij. ſen. v. oppo. in. l. j. in prin. ff. de no. ope. nũ. ⁊ illam doctrinã Bar. põderat ꝟPoder. ibi ad ſtatuta de cõpromiſſis fiẽdis, ⁊ de ꝙſilijs dãdis. Scõo p hac deciſione adducere cõſueui bonũ tex. quẽ ponderat
28 Bal. in. l. j. ff. de fide inſtr. vbi ꝟbũ quibuſcũqz ꝓbationib⁹ ſubauditur. ſ. legitimis, ⁊ ad hoc poſſem infinita adducere. †In dubio tñ iudices, ⁊ ſic inolenit practica gñalis totius orbis qõ admittũt capitula, ⁊ poſitiones, ⁊ cognnt partẽ rñdere oibus poſitionibus ſaluo iure impertinentiũ, ⁊ non admittendarũ, interloquẽdo, ꝙ ſi non fuerit rñdendum, nõ intendunt hẽri pro rñſo, ſeu pro admiſſis, ⁊ pariter rñdentes rñdent ſub illa ꝓteſtatione, ita formaliter dixit Ang. ſeruare bonos aſſeſſores, in. l. ſi quis libertatem. ff. de peti. here. in. l. ſpãli. ff. de rei vendi. Bald. in. l. momentanee. ff. de his qui non bñt legit. perſonã ſtandi in iudi. in. l. ſi ſine, in princ. ff. de interro. ac. Bemi. in. c. ij. de confeſ. li. vj. Bar. in. l. ſi duo patroni. §. idez iul. in vlti. col. ff. de iureinr. ⁊ iſta practica pcedit in dubio, ⁊ ita ſeruatur in dubio vbi index non videt notoriã imper-
29 tinentiam. Et no. †ꝙ iſta clauſula ſaluo iure impertinentium, ⁊ non admittendarũ multum operatur, tam ex parte iudicis qz ex parte rñdentis, qz parti rñdenti nullum paratur preiudiciũ apparenter poſtea in proceſſu, qõ poſitiones ipſe fuerint impertinẽtes quibus non erat rñdendum, ⁊ ſic ẽt probatio facta ſuper capt̃is impertinentibus qñ admiſſa fuiſſent ſub illa clauſula redderetur nullius momenti, ita vult Ang. Bal. Bar. ⁊ Bemi. in locis allegatis, ⁊ ideo no. qz quotidie in foro allegantur. ¶ Decimũ breuiloquium †qõ poſitioni implicite, ſeu multiplici nõ tenebit̃ pars
30 rñdere ſm gloſ. no. in. c. ij. de confeſ. lib. vj. quã exclamat Bal. ita decidens in. l. precibus, in primo nor. ff. de impub. ⁊ alli. ſubſti. ẽt ſi ponens apponeret clauſulam, ⁊ ponit coniunctim, ⁊ diuiſim ſm Bal. ibi. ⁊ idem Bal. voluit hic. ¶ Undecimum erit breui
31 loquiũ †ꝙ ſi quis ponat mutuaſſe Titio centũ, ſi non adiciat tps in quo mutuauerit, rñdere non tenebitur aduerſarius, qz oportet ꝙ apponat tps, iſtud fuit dictũ Bald. nec memini alibi legiſſe, in l. j. in fi. ſi plu. vna ſen. fuerint condẽ. ⁊ ideo no. qz faciet bonorẽ.
32 ¶ Duodecimum erit breuiloquiũz ſm glo. ⁊ Bar. †ꝙ poſitioni contrarie non eſt reſpondendum, ſiue cõtrarietas reſultet ex parte ponentis, qz contrarius non ſolet audiri. l. j. ff. de fur. ſine ꝓcedat ex parte reſpondentis, qz negauit forte ſe eſſe heredem Titij, deinde ego ponerem, ꝙ Titius eum conſtituit heredem, non tenebitur reſpondere, vel exempli gra aduerſarius negauit me eſſe heredem Titij, deinde ego pono, ꝙ Titius cõſtituit me heredem, certe ſi aduerſarius reſponderet credo eſſet ſibi contrarius prime reſponſioni, ergo ne incidat in contrarietatẽ reijcitur iſta poſitio, ⁊ ita concordant omnes. ¶ Decimumtertium erit breuiloquium †ꝙ poſitioni iuris nõ eſt rñdendum, qz ius ſemp eſt certũ
33 l. ornamento ꝙ. ff. de auro ⁊ argen. lega. per quẽ tex. Bar. ibi, ita decidit, ⁊ idẽ tenuit glo. Bar. ⁊ doc. hic limitãtes iſtud ꝓcedere in iure ſcripto clauſo in corpe iuris, vel ſi clauderetur in lib. ſtatu. eiuſdẽ ciuitatis, ſecus ſi fieret poſitio de ſtatuto alterius ciuitatis, vel de aliquo iure conſuetudinario ſm Bar. ⁊ doct. poſt gl. ibi, in. l. ꝓſcriptione, in fi. §. ſi q̃ ius, vel vtili. publi. arg. c. primi, de cõſti. lib. vj. ⁊ ideo ſi fieret poſitio de ſtatuto eiuſdez ciuitatis, ſm Bar. hic, ⁊ in. d. l. ornamentorum, ⁊ in. l. non fatetur. ff. de cõfeſ. ⁊ Bal. in. l. vnica. ff. de confeſ. non teneretur rñdere, ac ſi fierent de iure ſcripto, ⁊ plus ſm Bar. lz de iure ſcripto, ⁊ de ſtatuto eiuſdẽ
34 ciuitatis non poſſint fieri poſitiones, tñ bene poterũt fieri de iure extranagãti ſicut de ſtatuto alteri⁹ ciuitatis, †qz ius ſcriptũ in corpore iuris, vel in volumine ſtatutorum eiuſdẽ ciuitatis, dr̃ ius diſpoſitũ, ⁊ ſic de iure diſponẽte non eſt fiẽda poſitio, ſed bñ de iure diſpoſito, vt declarat Bar. hic alleg. l. fi. ff. de in. iur. ⁊ l. qdã in iure. ff. de dona. ⁊ ſic vult Bar. ꝙ ſi fiat poſitio de aliqua obligatione, vel aliqua ſeruitute, ⁊ ſic de iure diſpoſito teneat rñdere, lz nõ
35 de iure diſponẽte, ⁊ ideo ex his inferunt Bal. ⁊ Sali. hic †ꝙ illa dr̃ poſitio iuris quotieſcũqz in poſitione adiicit̃ aduerbium, puta ltime, canonice, vel ſimile, ⁊ huic poſitioni tanquã poſitioni iuris non tenebit̃ rñdere, ⁊ idẽ voluit Bal. in. l. vnica. ff. de cõfeſ. in. l. ꝓſcriptione. §. ſi q̃ ius. vel vtili. publi. ⁊ ante eos Spec. tit. de poſi. §. v. ver. iij. no. p tex. in. l. ab ea parte. ff. de ꝓba. limita tñ iſtud xiij. breuiloquiũ non ꝓcedere in iure preſumpto, qz iuri preſumpto tenebit̃ reſpõdere, rõ dicti eſt, qz ius preſumptum neceſſario lz mixturã facti, ⁊ ſine facto non põt cadere ius preſumptum, ita Bal. eleganter in. l. cum virum. ff. de fideicom. ⁊ eſt not. deciſio.
¶ Decimũquartũ breuiloquiũ, ꝙ lz glo. diſputãdo hic ſe innol-
36 uat, †an poſitiõi negatiue ſit rñdendũ, tñ bodie ẽ deciſum, ⁊ aptũ ꝙ poſitiõi negatiue. rñdẽdũ eſt, quoties iudici equũ vr̃. tex. eſt de quo Accur. non potuit ſcire. in. c. j. de cõfeſ. li. vj. ea. rõne, qz negatiua põt ꝓbari per cõfeſſionẽ partis. ⁊ ita tenebat Spec. ti. de poſi. §. vij. ꝟ. viij. ꝙſiderandũ. Idẽ By. ⁊ ſequitur Bar. in. l. qui dã in iure. ff. de dona. p illũ tex. bal. in. l. nõ nudis. j. de ꝓba. ⁊ iſta ẽ veritas. hoc tñ breuiloquiũ limitat ꝟPau. de caſ. qñ parti incũbebat onus ꝓbãdi negatiuã, qz in negatiua fundabat intentionẽ ſuã ſm doctrinã Bar. in. l. i illa ſtipulatiõe. ⁊ in. l. hoc iure. ff. de ver. obl. ⁊ qz ꝓbare tenet̃ merito hoc caſu põt ſup hac negatiua facere poſitionẽ. ſecus ſi nõ haberet neceſſe ꝓbare, qz tũc ſi faceret poſitionẽ ſup negatiua aduerſarius nõ teneret̃ rñdere. qz cenſeretur poſitio impertinens. exẽpli gratia, peto a te. x. que tibi mutuani. tu vero negas me mutuaſſe, certe intentio tui negãtis eſt fundata, niſi ego ꝓbẽ mutuũ, qz tu non habes neceſſe ꝓbare negatiuã, cũ nõ ſit coartata loco ⁊ tẽpore, ⁊ ſic non poſſit ꝓbari p teſtes. l. actor. ff. de proba. certe hoc caſu ſi tu poneres negatiuã ꝙ ego nunqz tibi mutuauerim non teneor tibi reſpondere rõne predicta, qz vr̃ ſuperflua ⁊ impertinens ſm ꝟPau. de caſt. hic ⁊ eſt magna limita-
37 tio ad. d. c. j. †⁊ dr̃ poſitio negatiua ẽt ſi ponẽs incipiat affirmando. exẽpli gratia pono ꝙ veritas fuit, ⁊ eſt abſqz eo qõ mihi nutaueris centũ ſz Bal. ⁊ Sali. hic. Cy. ⁊ Bal. in. d. l. actor. bar. in. d. l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de ver. obli. glo. ſingu. in. l. ſi. §. j. ff. de excep. d. Bal. in. l. minime. p text. ibi. j. de appel. ⁊ in. c. j. de cõten. inter domi. ⁊ vaſal. de inuenti. qz iſta poſitio dr̃ negatiua ⁊ non affirmatiua, attento effectu ⁊ ſenſu, ⁊ non attentis verbis incip. affirmatiue. Et ex hoc dãnãt practicã calũniantiũ aduocatorum qui credebant hoc modo facere poſitionem affirmatiuam.
38 ¶ Decimũquintuz breuiloquiũ ꝙ poſitioni ſuperflue non tenet̃ qs rñdere puta ſi qs rñderit ſemel poſitioni, ſi de nouo fiat eadẽ poſitio nõ tenebit̃ aduerſarius rñdere ſm gl. hic in fi. ⁊ ſequũtur oẽs. Et ex hoc infert Bal. in. l. ampliorẽ. §. i refutatorijs. j. ꝺ appel. ꝙ vbi poſitio fcã fuit i cã ꝑncipali, non poterit ammõ fieri in cã applõnis, qz erit ſuperflua. ⁊ iſtud exclamat ẽt Bal. hic contra cauilloſos aduocatos ſepius ponẽtes, ⁊ ante voluit gl. i. c. ij. ꝺ cõfeſ. li. vj. ⁊ in ꝑcedẽtib⁹ breuiloquijs ſi recordamini expedite ſunt ſex cauſe ſeu ſex caſus poſiti i gl. tãgẽdo an teneat̃ rñdere.
39 ¶ Decimũſextũ breuiloquiũ †ꝙ poſitiõi agẽtis ſup aliquo iure rei quẽti nõ tenebit̃ re⁹ rñdere, qz nõ tenet̃ oñdere titm̃ ſue poſ-

sessionis. ita Bal. per tex. ibi, in l. cogi. in prin. ff. de pet. hered. ℞ ante eum voluit Spec. tit. de teste. §. nunc videndum a nobis est versi. item agens. ¶ Decimumseptimum quod postꝫ quis habet fundatam intentionem suam, puta publicatis testibus vel iam productis instrumentis. si aduersarius faciat positiones non tenebitur aliter respondere, † qz illud non est punibile quod non est probabile ſm glo. hic ℞ omnes, qz vbi precluditur potentia probandi precluditur etiam potentia ponendi. l. sed ℞ si restituatur. §. i. ff. de iudi. per quem tex. Ang. ibi tradit istam regulam. ℞ ex hoc elicit quod non possum cogere aduersarium ad iurandum post factas probationes, puta aduersarius probauit intentionez suam, ego dico aduersario offero stare tuo iuro, certe nõ trenebitur iurare, vt
41 soleo dicere in l. manifeste. ff. de iureiuran. † qz post ter minũ assignatũ ad iurãdũ etiã nõ cogit quis rñdere interrogatiõibus ℞ positionibus ſm Ang. in. d. l. manifeste. ℞ voluit Spec. ti. de posi. §. iij. sed si ante. ℞ de hoc breuiloquio est bonus tex. cum gl. ℞ põderant Bal. ℞ Alb. in. l. in ꝯctibus. §. illo. ff. ó nõ nn. pe. ℞ bene facit q̃ voluit Bal. in. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. qõ positioni facte in genere ℞ negare si postea fiat positio in specie, quod illi positioni non erit respondendum, quia remoto genere removebitur quelibet eius species. pro quo bene facit q̃ voluit glo. hic dicens quod positioni non est respondendum quando contrarietas posſz induci in respondente, ℞ sequuntur glo. omnes.

42 ¶ † Decimñoctauũ breuiloquiũ q̃ positioni multiplici nõ est rñdendum. dr̃. n. multiplex qñ plura separata continet ipsa positio exempli gratia pono q̃ tu vendidisti mihi domũ, p centũ, ℞ q̃ pretium recepisti. nã poterit dicere aduersarius ego nolo rñdere nisi facias duas positiones distinctas ſm Jo. an. ℞ doc. in. c. ij. de confes. lib. vj. vbi plus volũt q̃ si altera pars est vera ℞ altera falsa, q̃ poterit vtrũqz negare sine metu periurij. argu. l. is qui decenta. §. vtrum. ff. de reb. dubijs. ℞ bene facit q̃ gl. voluit. in. c. cupientes. in prin. in ver. malignantium. de elec. lib. vj. vbi voluit q̃ ille q̃ bz ius in principali potest accessoria ℞ dependentia negare.

43 ¶ † Decimũnonũ breuiloquium q̃ cedẽs liti seu iuri non tenetur amplius rñdere positionibus ſm Bal. hic ℞ fuit doctrina Jnno. in. c. dudũ. el. ij. extra de elec. ℞ rõ huius est, qz nõ est amplius fatigandus ex quo cessit liti ℞ iuri. l. si reus paratus. ff. de procurato.

44 ¶ † Vigesimũ breuiloquiũ erit q̃ procura. sup illis emergẽtibus sup quibus probabiliter nõ põt dño imputari q̃ ipsuz procurato. non instruxerit non tenetur rñdere aliquibus positionibus super ipsis emergẽtibus neminẽ hoc dicere pter solũ Bal. hic inuenio in vlti. col. ℞ ideo no. qz posset afferre vobis maximum honorem.

45 ¶ † Vigesimũprimũ erit ſm Bar. ℞ cõiter doc. hic extra glo. q̃ positioni criminose nõ tenet rñdere, qz nemo cogit detegere turpitudinẽ sñã. c. dudum el. ij. extra de elec. ℞ istud ꝓcedit ſm Bart. hic qñ positio criminosa respicit imediate pſonã, qz tũc nõ tenet respondere. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiu. ℞ ex hoc infert q̃ heres qui tacite fuit rogatus per testatorem de restituendo hereditatẽ incapaci, non tenebitur respondere positioni super isto. ℞ ita decidit Bar. in. l. fi. in. ij. col. ff. de his qui. vt indi. ℞ Bart. post gl. ibi. in. l. non intelligitur. §. tacitũ. ff. de iure fisci. ℞ Jo. de imo. in re
46 pe. l. cum tacitum. eo. tit. † ℞ pro hoc facit quod vult Bal. hic in distincte tenens positioni criminose non esse respondẽdũ. idẽ bal. in. l. i. j. quomodo ℞ qñ iudex. in. l. qstitit. j. de pe. ind. q ma. iud. i. l. accusationem. j. q accu. nõ pos Angel. in. l. marcellus. ff. rez amo. doc. in. c. ij. de confes. lib. vj. ℞ subijcit Bal. hic ita seruari de consuetudine. Ego tñ inuenio Bar. aliter loquẽtẽ in. d. l. marcellus. vbi subtiliter decidit, q̃ si debens respondere positioni tractaret de lucro captando, quod tunc teneatur respondere positioni criminose, ℞ si non respondeat habebitur pro confesso, ℞ plus si quis
47 recte aduertat Bar. hic istud tz, ℞ eum nemo improbat † vbi vult respondendum esse positioni criminose per quam detegeret alĩquem detinere res ad aliũ ptinẽtes, vel esse alterius debitorem, nisi istud foret semel decisum, qz eo casu nõ tenebitur rñdere. alleg. l. quoties. §. pretor. ff. de noxa. ℞ l. qui petitorio. ff. de rei ven. ℞ de ista contrarietate Bart. panci perpendunt, tñ dum questio de facto occurrisset ℞ allegarem istas auctoritates Bart. quas nemo improbat. tamen fuit iudicatum ſm doctrinam Bar. in. d. l. fi. in. d. §. tacitam, tamen credo precedentem veriorem.

48 ¶ † Vigesimũsecundũ breuiloquiuz q̃ quis nõ teneat rñdere positioni q̃ solo animo aliquis adierit hereditatẽ ſm Roma. in. l. gerit. ff. de acq. here. ℞ si quis subtiliter aduertat istud dictuz Roma. bñ ꝓbat cũ doctrina Bar. paulõãte recitata in. d. l. fi. ℞ in. d. §. tacitam. dum vult non teneri respondere q̃ tacite fuerit rogatus restituere hereditatem incapaci. ℞ si nemo huic decisioni ꝯdicat, ego credo istam eẽ falsaz sequẽdo doctrinã Bar. hic dum voluit q̃ iuri disponenti non teneatur respondere, sed bene positson super iure dispositio, sic puta an aliquis sit mihi obligatus, an sit seruitus constituta. an sit heres, ℞ in similibus. ℞ ita inuenio tenuis se Jo. fab. in. §. item extraneus. insti. de here. que ab intest. ℞ ideo no. quia ab alio factum non inuenies.

49 ¶ Vigesimumtertiũ breuiloquiuz erit q̃ legatarius nõ teneatur respondere heredi ponenti hereditatem non esse soluendo, q̃do heres non confecerat inuentarium. hoc solum inuenio decidere Bal. in. l. filium quem habentem circa. xviij. col. j. fami. herc. vbi subijcit quod tamen iudex benefaciet ex officio interrogare legatarium, vt obuiet inique exorsioni. argu. l. illicitas. ff. de offi. presi. ℞ est no. decisio ℞ menti tenenda.

50 ¶ † Vigesimum quartũ breuiloquiũ erit, ℞ menti tenendum quãdo aliquis mutuauit Titio in secreto in camera cẽtũ nemine presente, ℞ Titius ẽt restituit mutuãti nemine pſente, si postea ille q̃ mutuauit poneret q̃ mutuauit sibi Titio cẽtum, an huic positioni teneatur respondere Jo. de imo. ℞ domi. de sancto Gemi. in. c. cupientes. in prin. de electio. li. vj. decidunt q̃ nõ teneatur respõdere positioni, an mutuauerit, sed bñ positioni, an debitor sit, qz istud suadet equitas ad obuiandũ calũnijs, tutius, tñ erit ſm eos respondere si mihi mutuasti tibi restitui. arg. no. per glo. ℞ doc. in. l. si quidem. j. de excep. ℞ istud voluit Bal. in. l. quinquaginta. ff. de prob. sed dicebat solennis doc. do. Rolandus curtius patruus meus. ℞ dicebat istud colligẽ ex verbis Gemi. q̃ debebat respõdere hoc modo. iuro non habuisse mutuũ a te ad quod tenear seu sim obligatus, ℞ hoc modo caute respondebit ℞ euitabit periurium. ℞ istó primo loco voluit Archi. in. c. nullus. iij. qõ. j. ℞ sequit Bartho. vero. in cautela. cix. incipien. si mutuauí centum in camera, vbi la te tangit, ℞ cautela. ccxvi. incip. si debitor soluit in secreto.

51 ¶ † Vigesimumquintum breuiloquiũ erit q̃ in respondendo positionibus bene respondetur p verbũ credo vel non credo tex. est in. c. presentium. de testi. li. vj. quẽ exclamat Bald. in. l. vnica. circa fi. ver. illud est no. j. de confes. ℞ idem voluit Bald. hic per longa verba, qz ista rñsio nihil aliud est q̃s relenatio ab onere probandi. ℞ idez sequitur Pet. de anch. in. c. j. de iura. cal. li. vj. nec
52 est mirabile, † qz ita preiudicat confessio per verbũ credo, sicut p verbũ veritatis, vt dixit glo. communiter approbata in. c. ex literis. extra de iureiur. ℞ ideo per illam gl. credo Bald. hic errasse dicentem ex confessione facta in iudicio oriri actionem, sed non ex responsione facta per verbum credo, qz tunc solũ relenatur ab onere probandi secundu Bal. hic, sed istud confundit gl. in. d. c. ex literis. ℞ ideo cogitabis super ista decisione Bal.

53 ¶ † Vigesimumsextum erit breuiloquium qõ non tz responsio ad positionem si aliquis dicat credo si appareat, vel si probetur, quia nihil determinat, nec etiam admittenda talis responsio, bene tñ admittitur ista non credo nisi appareat. ita Bar. per text. ibi, in l. de etate. §. nihil. ff. de interrog. actio. Roma. in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obli. ℞ ante eos Spec. ti. de instr. edi. §. nũc dicamus. ver. q̃ si quis in libello. Ego tñ credo istã decisionẽ falsam, ℞ ita inuenio Mathesila. no. xxxviij. tenere qõ ista responsio non credo nisi appareat non esse bonã ℞ sufficientẽ, qz non relenat aduersarium ab onere probandi. ℞ ita dicit se obtinuisse de facto, ℞ ita adduco bonum tex. in cle. sepe. versi. ℞ qz positiones de verb. sig. ℞ ista mihi videtur veritas.

¶ Vigesimumseptimũ breuiloquium erit q̃ bona est ista rñsio facta positioni, credo, prout in tali instrumento continetur qñ in positione fuerat facta mentio de ipso instrumento ſm Bald. hic dicentem esse quotidianuz, ℞ allegantem Spec. ti. de teste. §. quaeliter. ver. qd ergo. ℞ clarius voluit Spe. ti. de instru. edi. §. nunc dicamus ver. qd si aliquis in libello. Bal. in. l. ij §. de erro. aduo. ℞ in. l. aristo. ff. de iure. delibe.

54 ¶ Ultimum erit breuiloquiuz † q̃ lz glo. hic dixerit negationem postpositã esse maioris effectus q̃s anteposita, qz si dicat non credo Titium viuere, per hoc non tñ fatetur eũ mortuuz, sed si dicat post posita negatiua, ego credo Titium non viuere, isto casu fatetur eum mortuũ, ℞ istam responsionem ℞ consiliũ glos. non improbant docto. vsqꝫ ad Bar. inclusiue, nec ẽt post Bar. Salic. veritas tamen est quod istud consilium glo. in respondendo non est bonum. ℞ Bal. ℞ Moder. dãnare videntur, qz ex ista responsione non credo Titiũ viuere, nõ relenat aduersarius ab onere probandi, ℞ ideo potest cogi per iudicem ad clare respondendum, ℞ ista est mera veritas, ℞ sic remanet expeditus tractat9 positionuz per modum breuiloquij.

FINIS

Tractatus singulariſſimus

Poſitionũ clariſſimi Jnriſconſulti D. Odofredi Beneuentani, contempꝛarei Accurſij Florentini.

Cum frequens, ⁊ quotidianus ſit vſus poſitionum hodie in iudicijs, qꝛ magis neceſſarius, ⁊ vtilis, vt. ff. de li. lega. l. legani, in prin. ⁊ de vſufruc. l. erroꝛe, circa finẽ primi reſpõſi, pauca de poſitionibus vtilitatis cauſa tangamus, videamus igitur in primis.

¶ Primo quid ſit poſitio.

¶ Secundo vnde traxit originem hoc vocabulum quaſi nouum.

¶ Tertio ad quid fiant poſitiones.

¶ Quarto in quo differant poſitiones ab interrogationibus.

¶ Quinto ex qua parte fiant poſitiones.

¶ Sexto quando fieri poſſint, ⁊ debeant.

¶ Septimo quis ſit effectus.

¶ Octauo que ſint attendenda circa reꝓbationem poſitionuꝫ, ⁊ de cautelis in poſitionibus dicendis.

SVMMARIVM

1 Poſitio quid ſit, ⁊ vnde orta. 2. ⁊ ad quid poſitiones fiant. 3.
4 Poſitiones ab interrogationibus in quo differant.
5 Interrogatio per quos fieri poſſit.
6 Actiones interrogatorie ſunt ſublate.
7 Poſitiones quo tempore fieri poſſint, ⁊ quem habeant effectuꝫ.
8 Rñdentibus qñ non liceat penitere, ⁊ non noceant rñſiones. 9.
10 Poſitionum reꝓbatio quid conſideret. 11.
11 Poſitio obſcura reijcienda.
Reſpondere quibus caſibus quis cogi poſſit.
13 Poſitio negatiua an ſit admittenda.
14 Index ſuper negatiua interrogare an poſſit ex ſuo officio.
Poſitiones ad quid inuente.
15 Poſitio in genere generaliſſimo numquid admittenda.
16 Juramentum actionem, ⁊ exceptionem non parit.
Poſitioni implicite quomodo reſpondendum.
17 Poſitioni rñſio qualis fiẽda, Et an poſitioni iuris rñdẽdũ. 18.
19 Poſitionibus callidis caute reſpondendum.
20 Tacens quando pro tacente habendus.

1 **Primo igitur** † poſitio eſt, que loco interrogationis ponitur, ⁊ ſatis cõuenienter videtur hoc modo poſſe deſcribi. Nam quod olim ponebatur cum ſolẽnitate ſub forma interrogationis, hodie de plano ponitur, verbi gratia, vt ſi volebam conuenire Titium nomine hereditatis, dicebaꝫ ſic, dñe iudex interrogetis Titiũ ſi vult eſſe heres Meuij, ⁊ pro qua parte ſit heres. ff. de interro. ac. l. ⁊ ſi defenſor, hodie non ſic dicimus, vnde dicitur, ponit. B. qꝫ. C. eſt heres Titij.

2 ¶ †Scõ aũt traxit originem hoc verbũ poſitio, non ſolũ ex vſu boium qui per quandã frequentiã inolenit, ſi ẽt ex. l. ⁊ poteſt poni exẽplum. ff. de leg iij. l. offidius. ſ. ex diuerſo. ibi. Imperator interrogauit partem legatarij querendi cauſa, pone (inqt) in condito.

3 ¶ †Tertio fiunt autem poſitiones, vt releuetur actor ab onere probandi per confeſſionez aduerſarij, cui onus probandi incumbit, nam hoc etiam faciebant interrogationes, vt. ff. de interro. ac. l. iij. ⁊ iiij. ⁊ ad hoc inuentum eſt iuramentum calumnie. vt. C. de iur. cal. l. j. ⁊ in auctent. de his, qui ingre. ad appel. ſ. ſi. col. v.

4 ¶ Quarto itẽ †interrogatiões differũt a poſitionib⁹, alꝫ poſitiões differũt ab interrogatiõibus nõ ẽntia, ſꝫ forma. Nã ſimplr, ⁊ aſſertiue ponit, qꝫ olim cũ ſolẽnitate interrogabat, vt. ff. de inter. ac. l. j.

5 ¶ Quinto itẽ †interrogatio põt fieri tam a iudice qꝫ a pte, vt ff. de interro. act. l. ſine. ſ. j. ⁊ l. de etate. ſ. ſi interrogatũ, ⁊ ẽt a pncipe noie aduerſarij, cui forte teneꝫ aduerſarius rñdere, vt. ff. ad. l. jul. de adul. l. ſi poſtulauerit. ſ. qm̃, tñ vſus hodie nõ patitur, qꝫ iudex ponat, immo litigator. Sed certe ſatis ſubſtineri poſſet qõ iudex poneret, cũ interrogari liceat, ⁊ ipſe debeat rex qualitatẽ diſcutere plena ingſitione habita, vt. C. de iudi. l. iudices aũt, ⁊. ff. de his, que i teſ. delẽ. l. pꝛ. ⁊ de le. iij. offidi⁹. ſ. ex aduerſo, verũm vi qꝫ vſus interrogationũ lõge ab aula receſſerit, ⁊ abolitus ſit, vt. ff. de interro. ac. l. iij. ſ. ij. Ad qõ rñdemus qõ manet adhuc, vt ꝓbat eo. ti. ⁊ loquꝫ ibi de quadã ſolẽnitate antiqua ſub qua fiebãt olim interrogationes, que hodie ſublata eſt ſicut formularũ impetrationes, vt C. de for. l. j. ⁊. ij. vel dic qõ interrogationes adhuc durãt,

6 †ſed interrogatorie actiones ſublate ſunt, ⁊ hoc innuit rub. illius ti. qꝫ ſic exponit de interrogato. actio. ſupple. que i deſſuetudinẽ abierũt, ⁊ interrogatiões in iure facientes, que adhuc durant, vel fiunt. itẽ fieri põt poſitiones ab vtraqꝫ parte, vt de elec. c. dudũ. circa mediũ, ⁊ extra de lit. cõte. c. vno. Nam vt ſepius dixi. ſ. ad ꝓbationis relenationez fiunt, reus nunqꝫ releuat̃ ꝓbatione, niſi excipiat, vt. ff. de ꝓba. l. in exceptionibus cũ ſuis concordantijs.

7 **Sexto** Item † fieri non põt poſitiones ante lit. conteſta. vt extra de lit. cõte. c. vno, ſꝫ poſſunt fieri quouſqꝫ fuit in cã concluſum, gnimmo poſt cõcluſionez iudex vſqꝫ ad ꝓbationez dz cuncta rimari, qꝛ põt interrogare de facto quoties dubitat aliquid, ⁊ occurrit, vt extra de fide inſtru. c. cum ioannes.

¶ Septimo effectus poſitionũ ille eſt qõ ille, qui ponit, ⁊ ille, qui cõfitetur qõ poſitum eſt pro confeſſo hr̃, vt. ff. de confeſ. l. ij. ⁊ C. de cõfeſ. l. vna, ⁊. ff. de interrog. ac. l. de etate. ſ. ſed cũ eſſet, ⁊ hoc puto locum hr̃e, niſi certis remedijs cõfeſſo, vel quaſi cõfeſſo ſuccurratur cui primo ſuccurritur per illud generale, qõ ignorãtia facti confeſſo non preiudicat ante diffinitiuam ſniam, vt extra de confeſ. c. fina. ⁊ C. de inris, ⁊ facti igno. l. erroꝛ, ſunt ⁊ alij caſus quos non ꝓſequor, qui caſus plene notã. in ſumma. C. de confeſſis.

¶ Item mutatione reſponſionis qñ non lz penitere reſpondentibus † no. plene. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. erroꝛ, in quadam diſtinctione, que incipit cũ quis in iure, ⁊ illud ẽt adduco tractandũ de effectu poſitionũ, que poſitiones, ⁊ reſpõſiones non ſunt ſuper principali directe, ſed ſup alio, vel indirecte, alioqnin ſi ita ponit Titiꝰ qõ Meuius dz Cy. centum, ⁊ Meuius reſpondet in iure ſe non debere, non dicimus lit. conteſt. qꝛ cuz requiritur, vt fiet alio conteſtandi litem circa principiũ, plene ẽt dici põt. ff. de leg. iij. l. itẽ. ſ. vtrobiqꝫ, ⁊. l. cũ queritur. ſ. plane, ⁊. l. vxori, ⁊ ar. l. ſi non fuerit. ſ. in furti. ⁊ de leg. iij. l. ſernus. ſ. eos, ⁊. ff. de fund. inſtr. l. queſituꝫ. ſ.

9 ſinautem, ⁊ ſ. eoſdem. ¶ †Quid aũt inris in lit. conte. deſideret̃ habes extra de appella. c. cum cãm, ibi enim lz reſponſum eſt ꝛc. immo vbi volebat opponere exceptiones dilatorias nõ nocet talis rñſio, nec habet̃ lis pro conteſtata, ſed põt rñderi qõ ideo non habeat̃ pro lite cõteſ. qꝛ renocata fuit ibi rñſio, alꝫ n. ſi non fuiſſet ibi renocata talis reſponſio. Põt forte, ⁊ alꝫ diſtingui, qꝛ refert an ponatur nudũ pactuꝫ, ⁊ ad nudum factum rñdeatur, puta ponit Titius ſe centum dediſſe Caio mutuo, ⁊ Caius reſpondeat nego, vel dicat qõ poſitũ eſt, verũ non eſſe, vel fieri nõ debere põt acta, vt in primo caſu lit. conte. nõ fiat pro poſitione, ⁊ reſponſione in ſcõa contra, vt per hec ꝟba qõ poſitum eſt dico verũ non eſſe, ⁊ predicta fieri nõ debere videat̃ lit. conteſt. facta. ⁊ facit optime ad predictã diſtinct. ff. de bere. inſti. l. ſi pater, ⁊ de leg. j. l. ſi ſernũ ſ. locũ, ⁊. ff. rẽ ra. habe. ſ. pcur. cum peteret, ⁊ de his, qui no. infa. l. quid ergo. ſ. virum, ⁊. C. de here. inſti. l. cum proponas.

10 **Octauo** ⁊ vltimo eſt videndum † que ſint attendẽda circa reꝓbationem poſitionum, ⁊ multiplr̃ habetur conſideratio. ¶ Primo conſiderandũ eſt vtruꝫ poſitio ſit ſuperflua ſi eadẽ ſit cõfeſſata, ſine eadẽ tñ ſit negata, ſine contraria iam negãte, nam oibus his caſibus de iure non eſt rñdendum, qꝛ iam rñſum eſt, qꝛ ſuperfluitas reſpuit̃ in actiõe, vt. C. de pre. impe. offe. l. ſi. Immo punitur, vt. C. de appella. l. ampliorẽ, forte fallit in caſu, puta cũ poſt iuramentũ redigit̃ in poſitione qõ prius negatũ fuerat in conteſt. ſed vr̃ licitum, vt pro metu, ⁊ reuerentia inriſirandi concedat litigator qõ prius negauerat, vel neget qõ prius conceſſerat, vt inſti. de pena te. litig. in prin. ⁊. ff. de dã. infec. l. qui bonafide. ſ. antepenul. dz ſit arg. contra in auctẽ. de his, q ingre. ad appel. colla. v. ¶ Scõo eſt conſiderandũ vtruꝫ id qõ ponitur ſit impertinẽs ad cãm. i. vt ſi probatum ſit nil proſit, de quo poſſunt poni exẽpla. C. de proba. l. ad probationẽ. C. ne vxor pro marito. l. j. ⁊. C. de predi. mi. l. ſi quidẽ, ⁊. ff. ad. l. falci. l. in rõne. ſ. fin.

11 ⁊. l. iij. ſ. ſi. in ſi. ¶ Tertio eſt conſiderandũ † an poſitio ſit obſcura, nam ſi ſit obſcura non admittitur, ad quod eſt contra. C. de trã ra

¶ Quarto considerandum est si id ponatur ad quod nõ ipse, sed alius respondere debet, vt de interroga. act. l. si sic. §. amplius.

12 ¶ Quinto † considerandum est vtruz per responsionẽ quo ad positionem fiet quasi ex quadam precipitatione preiudicium fieret respondẽti, tunc non statim cogitur respondere, vt. ff. de interrog. ac. l. quia. §. j. vel cum captiosa potest esse ex vtraqz responsio, vt eodem titu. l. qui interrogatus, alias incipit, quia interdum. ¶ Sexto considerandum est vtrum interfit eius qui ponit quod respondeatur in qua re summaria cognitio hz locum, vt. ff. de interroga. ac. l. si defensor. §. illud. ¶ Septimo notandi sunt casus quibus quis cogitur respondere, vt. ff. de interroga. act. l. si filius. pretor aũt eum tuetur, vt ibi dicitur, nec ob. ff. eo. titu. l. de etate. §. qui tacuit, qz speciale quod filius, qui tacuit habeatur pro negãte, si autem negasset se heredem non tenetur, qz non meritus est.

13 ¶ Octauo occurrit consideratio, † an positio negatiua sit admittenda. nam si non est admittenda impune non respondetur, q qp non admittenda probo, quia cum iam viximus positionum vsus innentus est ad relcuandum actorẽ ab onere probandi per cõfessionem, vt. ff. de inter. act. l. ij. iij. q. iiij. nec tenetur negatiuam probare, nec põt, vt. C. de prob. vt. l. actor, q extra de elect. c. bone, ergo nec poni põt, sed excipitur in casibus vcz qõ nõ directe, sz per obliquum probatur, vt. C. de contraben. q commit. stip. l. optimã, q extra de testi. c. ex tenore. Itẽ vbi qualitatem, vel ius facti negatur, vt. ff. de prob. l. ab ea. idem forte dicendum est ins presumit in contrarium, vt. C. de codicil. l. nec codicillum. ff. de do. inter vi. q vx. l. quintus, vel ẽt patet in predictis casibus, qp aliquid affirmatur, ideo faciende sunt positiones, vel põt dici qõ si negatiua non potest poni, tñ quia iudex cuncta rimari dz, q põt si viderit expe-

14 dire, † interrogari poterit suo officio tam super negatiua qz super affirmatiua, vt. ff. de interro. ac. l. pe. q extra de fide instru. c. cum Joannes, vbi iudex interrogationẽ facit post conclusionẽ in causa quod pars facere non posset. Item tñ non posset dici quod negatiua non possit probari, nisi per confessionem aduersarij, qz per rerum naturam &c. q de proba. l. actor, tñ quia inuente sunt positiones ad probandum per confessionem, quod magis necessaria est in negatiuis, que per testes, vel instrumenta probari non possunt, q ad hoc precipue inuente sunt interrogationes etiaz in iure faciende. s. vt fiant probationes ex eis, presertim in illis casibus, in quibus aliter fieri non possunt probationes, nisi per confessionem aduersarij sint fiende qz affirmatiue, q hoc videt equitas suadere ne facultas probationũ angustetur, vt. ff. de testi. l. ob carmẽ, q C. de bere. l. quoniam, q in auten. de testi. §. sancimus.

15 **Nono notandum est** † Et qp si positio fiat in genere generalissimo refutanda est, vtpote inutilis, v. g. ponit quis sibi debere fundum in genere, vel sic, qõ Titius mihi dz aliquid non tenetur rñdere, qz prorsus est inutilis propter inutilitatem prestandam, nam prestando cessãt terre, vel festucam liberatur debitor, q id non oportet circa positiones laborare, vt. ff. de leg. ij. l. titia. q. ff. de iure dotium. l. cum post. §. gener. ¶ Decimo considerandus est, an talis positio que attingit periurium respondentis, qz tunc non cogitur respondere, verbi gratia iuranit Ph. conuentus de peculio nil esse in peculio, constat qp tutus est exceptione iurisiurandi, nisi pro rebus postea queritis, nam pro illis postea ẽt poterit conueniri. Finge igitur post iusurandum res inuenitur in peculio, que in veritate tempore iuramenti delat. erat, ponit aduersarius sic, pono qp ista res tpe quo iurasti erat in peculio dici põt qõ non tenetur reus respondere propter inconueniens consequenter. nam si concederes eas in peculio fuisse tpe iurisiurandi confiteretur per cõsequens se periurum cũ inuenerit nil in peculio esse, q non prodest sibi exceptio iusiurandi, si postea conueniretur pro rebus pro qui-

16 bus iuranit † qp esset inconueniẽs qõ ex tali iuro actio, q exceptio oriretur. ff. de iureur. l. qui iurasse. §. si pater, q. l. nam q postea. §. fin. q. C. eo. titu. l. actori, q de usur. re. iudi. l. fi. ¶ Undecimo attendendum est an positio sit implicita. i. contineat plura dicta, q plures positiones complectatur, puta ponit Titius Seium fuisse filium Meuij, q dz ex causa cẽtum duo aũt complectitur positio quorum vnum põt esse verum aliud falsum poterit dicere aduersarius, explica dicta tua alias non respondeo, vel poterit respondere hoc est verũ, q illud falsum, ar. C. de impu. q alijs substi. l. pcibus, q de transac. l. vtrũsum, q. ff. ad leg. coz. de fal. l. j. primo rñso, vel si cautius rñdere velit, poterit preferre negationez, q dicere non esse qõ positus est, q nemo videbitur propter hoc vtrũqz negare, sed propter culpam, q multiplicitatem assertionis ponentis hoc euenit, ad quam responsionez saluandam sufficit, si altera

17 pars sit falsa, vt. ff. de re. du. l. is, qui ducẽta. §. vtrũ. † ¶ Undecima consideratio est, vt sic respondet quis ad positionem ne per confessionem deducatur ad periurium non dico, vt detegat periurium, qz de hoc dictum est. s. in. x. consideratione, sed ne cõmittatur qõ contingit cũ aliquis anceps, q dubius tanqz certus, rñdet asserens verum esse qõ falsum est, vel ecõtra quandoqz enim possunt stare ex mẽte legis, quandoqz enim certus sum de aliquo qõ est, interdum vero scio qõ non est, aliquando puto esse qõ nõ est, aliqñ puto esse qõ est. Interdum scio qõ non, aliquando, qõ nec puto, nec scio, vt pba. C. de iur. delib. l. scimus. §. pe. q. §. simili modo, q. §. finaũt dubius, q. C. de condi. inde. l. fi. q de erroze, ignorãtia, q titubatione tractatur in summa, de iur. q fac. igno. in prin. q ff. de acqnir. he. l. is, qui. §. si quis, q. l. cum quidã. §. pe. q fi. Plane in quatuor primis casibus non est periculosum, q propter iuramẽtum calumnie rñdenduz ad positiones, sz in quinto sic, nisi negatio preferatur, nam põt esse qõ nec hoc, nec contrariũ puto, qõ interrogatur vtrum rex Anglie sit in ecclesia, vel extra, certe nec hoc, nec illud puto, qz nulla ratio inducit me potius ad hũc qz ad illud credẽdum, vñ andacter dicere possum, non puto plata negatione hoc proba. ff. de iura. l. insinuanduz. q ad pecuniã. in fi. j. re-

18 sponso. ¶ † Decimatertia consideratio circa id attenditur ne positio iuris sit sz facti, ergo si quis ita ponit Titius, qz impubes nõ potest condere testamentum non cogitur ius probare, sed factuz, hoc tñ dicit ad positionem iuris tenetur quis rñdere, qz q ad hoc potest esse qp inter partes qñqz, vt. ff. de iureur. l. fi. iura enim in se prohibita sunt, q de his dz gstare iudici, vt. C. de iudi. l. certi. q ar. C. de postu. l. ij. q. ff. de ori. in. l. ij. §. sernis. ¶ Decimaquarta cõsideratio super cauillosis positionibus. hoc est de illis que per calliditatem quandam q sterilem discussionem vel interrogationem ad concedendũ oppositũ iam negato vel concesso pducto. v. g. pono sic, qõ Lucius Titius fuit procur. Seij. respondit aduersarius nequaquaz, deinde sic pono, qp Lucius Titius fecit exigi vineas Seij, pono quod vendidit eiusdez Seij vina. pono qp cultu ram possessionum suaz administrando peregit, pono quod idem Seius mandauit ei quod ea que supradicta sunt vel aliqua ex eis faceret dictus Lucius Titius hoc si concedatur manifeste cõcludit̃ ẽ eius qp negatũ fuerat primitus. s. qp non erat pcur. cũ enisz pcur. sit qui rem alienaz mandato dñi administrat, vt. ff. de pcur.

19 l. j. † iam liquido apparet ex predictis sequi quasdaz calliditates positiones posse concedi contrarium iam negatum, q sic potest intelligi quod legitur. ff. de reg. iu. l. ea est. nec ideo dico non esse respondendum dictis positionibus, sed caute ex deliberatione, prohibita est rñdendum, possunt tñ aptari q alia exempla illi legi, vt. ff. de leg. ij. l. debito. i. responso. prout ibi cõsuenit notari, sed de his ad presens non dico. Sane illud extra sententiam notanduz ex instrumento vtrum illorum forte, quoz sex sequuntur par sit conditio. l. falso cõficientes, vt de interro. ac. l. qui id iure interrogatus q falso negantes, vt eo. ti. l. nõ alienũ tacentis, vt eo. ti. l. de etate. §. quod autem. q. l. si defensor. §. ij. in fi. Itez obscure rñdentis, vt d. l. de etate. §. quod aũt. q. l. si defensor. §. ij. in fin. Item obtuse rñdentis, vt. d. l. de etate nihil. Item etiam respondentis dolum etiã cõmittentis circa rẽ de qua agit̃. eo. tit. l. si seruus, bi tñ tenent̃ ex premissis, vt pro mandato, vel p cõtumacia, vel p dolo, vt ex pdictis legibus euidẽter colligit̃, † verum qõ tacẽre diximus, fallir in duobus casib9. l. si filio. q si abstinuerat de bonis paternis, vt. ff. de interro. l. si filius qui. q in filio agente cũ proximo suo in cuius potestatem erat tpe, nam hoc scõo cam non tenetur filiũ, qui non est iudicium inter eos, idem dicã vbi alias iudiciuz nõ consistit, puta inter seruũ, q dñm, vt. ff. eo. tit. l. si filius cum patre, q. l. si sine. §. si seruus, q. ff. de iudi. l. lis nulla. q. l. non idcirco. §. pacta. Item qp de tacente dicit lex valet qõ habeatur, vt. ff. de interrog. act. l. de etate. §. qui tacuit, sed non obstat qõ loquitur extra iudicia, q est ratio differẽtie, qz qui tacet in iudicio interrogatus reputatur cõtumax, vnde pena contumacie ferre dz eadẽ. l. §. qui tacuit, secus aũt de eo, qui tacet interrogatus extra iudicium, non enim fiunt positiones extra iudicium, nec necesse hz quis rñdere extra iudicium ad interrogata. Item q aliud attendas, vt sicut pro negante habetur is, qui tacet in causa damnosa esset ei negatio, q sic pro confesso habenda est cuz damnosa esset ei confessio si tacet, vt inspiciam id quod confessione, vel falsa negatione, q sic intelligenda sunt iura supradicta. ff. eo. titu. l. alienum, q. l. de etate. §. primo gratia nonitatis, nec enim hactenus aliquem doctorẽ inueni hũc modum tractuum condidisse.

FINIS

Tractatus Positionum Celebratissimi doctoris B. Jacobi de Arena.

¶ Prefatio.

Cum frequens, & quotidianus sit hodie in iudicijs vsus positionum, & ideo magis necessarius, & vtilis est, ꝙ que quotidiana sunt plenius sunt tradenda, vt ff. de libe. le. l. legauit circa principiu, & ff. de vsucap. l. iusto errore circa fi. Ideo panca de positionibus vtilitatis gra pro mei ingenij capacitate pertingaz. ¶ Videam⁹ igitur primo qd sit positio. ¶ Scdo vnde traxit originez hoc vocabulū quasi nouū. ¶ Tertio ad qd fiant positiones. ¶ Quarto in quo differant interrogationes a positionibus, quo loco fieri debēt, & qñ, & quis faciat positiones, quomodo, & qualiter debeat positionibus respōderi. ¶ Quinto ex qua parte fiāt positiones. ¶ Sexto qñ fieri possunt, & debeant positiones. ¶ Septimo qs sit effectus positionum. ¶ Octauo & vltimo que sunt attendenda circa positiones, & de cautelis circa positiones habendis.

☙ SVMMARIVM ❧

1 Positio quid sit.
2 Positiones quo loco fieri debeant.
3 Forma positionum.
4 Aduocatus, nec positiones, nec responsiones facere potest, immo principales persone, que de calumnia iurant.
5 Edere nec ponere videtur, qui toram stipulationem non edidit.
Actor ponere debet certum, sicut reus confiteri certum.
6 Confessio sicut stipulatio est actus legitimus.
7 Nullus est adeo supinus, qui ignoret an sit obligatus, aut non.
Effectus verborum magis qꝫ sensus inspiciendus est.
8 Positionibus qualiter respondendum.
Os quod mentitur occidit animam.
9 Positionibus respondere per que verba sufficiat.
10 Iudici interest cuncta rimari ad inuestigandam veritatem.
11 Iuramentum de veritate non se extendit ad iuramentum de calumnia, nec econtra.
Obscura & nulla responsio equipollent.
12 Responsio dubia in quibus cadat.
13 Reipublice interest ne iuste deliberationes precipitentur.
Iusta & tolerabilis est ignorantia in facto alieno.
14 Intolerabilis animi excusabilis est ignorantia in proprio facto.
Res oblationi traditur cum est extra temporis cursum.
15 Naturam probationum imitantur, que in eorum loco succedunt.
Positiones in quibus differant ab interrogatorijs actionibus.
16 Aduersarius an teneatur respondere ad positionem aduersarij.
17 Interrogatorie actiões sublate sunt, ꝫ interrogatiões adhuc durāt
18 Responsio ad positionē, siue interrogationez qualis esse debeat.
19 Sacrm calūnie si reo deferatur, & non iurat, habetur pro cōfesso.
20 Positiones & eorum responsiones fiunt post lit. contesta.
21 Oratio tota redditur falsa si aliquid falsi in ea reperiatur.
Hodicum fermenti, totam massam corrumpit.
22 Indefinita equipollet vniuersali.
23 Effectus positionum quis sit.
Ignorātia facti nō preiudicat cōfessioni ante diffinitiuam sniam.
24 Animus contestandi desiderat in litis contestatione sicut in aduenda hereditate.
Animi destinatio multum potest.
25 Litis contestatio quibus casibus fiat.
26 Negans modo, & modo asserens infamiam vulgi, & reatum periurij incurrit.
27 Superfluitas reprobatur in actis.
28 Impertinens positio repellitur.
29 Responsio debet concordare cum positione.
30 Obscure respondere, & nullo modo respondere paria sunt.
31 Jus multipliciter dicitur impossibile.
32 Positio est respuenda si est contra naturam eius qō ponitur.
33 Periculosa positio non est admittenda.
34 Positio regulariter in quot casibus admittatur.
Positiones sunt inuente loco probationis.
35 Negatiue sunt pregnantes, que negando implicant affirmatiuā.
36 Interrogationes ad quid inuente.
13 ¶ Et per predicta dr̃ q̄ † si testes audiant voces ipsorū ꝟbentiū notas cognitas ipsis testibus valebit ipsorum testimoniū si deposuerunt Titiū audiuisse promisisse .x. vel aliud simile. de quo per glo. in. l. ij. §. item labeo. ff. de aqua plu. ar. & tangit̃ ēt per glos. in d. c. testes. iij. q. ix. & in. d. c. preterea. q̃nq̄ & principaliter testes deponunt per sensum auditus super actu proximo actui, ō quo probare intendunt, vt si deponunt audiuisse aliquos carnaliter cōmiceri, non aūt dicunt se vidisse, & hoc casu tale testimonium de per se non vz, nec probat, sed cum fama vel alijs adminiculis inducitur probatio, vt probatur in. d. c. preterea. q̃nq̄ testes deponunt se audiuisse ab aliquo q̄ dixit aliqd fuisse dictum vel factum, & istud est proprie testimonium de auditu auditus non testimoniū auditus tāq̄ ꝓpij & imediati sensus ipsius testis. Fallit
14 tñ in casibus quibus tale testimoniū admittit̃. †primus in causa matrimoniali. c. quoties. & c. lz ex quadā. eo. ti. Fallit secūdo vbi agit̃ de facto valde antiqno, vt in. l. arbiter. ff. de prob. & in cap. veniēs cū ibi no. p Inno. eo. ti. facit. c. qd per nouale. de ver. sign.

¶ Sz vltra predicta dubitat̃ qd si testis interrogatus, an titius ꝓmisit .x. scio. rñdet q̄ sic q̄ fuit presens, & vidit, an dicimus talē cām ꝙcludere. & vr̃ q̄ nō, q̄ hec non solent percipi sensu visus, sz p sensum auditus. cōiter tñ ꝟriū tenēt doct. in. c. tā literis. eo. ti. q̃n sensus visus dr̃ gñalis ad oēm sensum. & est gl. singu. in. c. testes. iij. q. ix. q̄ est multū notāda. idē lz Cy. i. l. testiū. C. eo. ti. §. i. Archi. in hoc vr̃. xx. q. v. & no. p Spe. in ti. de teste. §. i. ver. item q̄d ñ bz ꝓbibet. ¶ Sz qd erit eꝫ, si testis dicat audiuisse id q̄ percipitur per visum, puta interrogatus an Titius ingressus sit talem domū vel talem fundum. Rñdet quod sic. interrogatus de cā scientie. rñdet q̄d audiuit ipsum ingredi, an dicimus hanc rōnem cōcludere. But. in. d. c. tam literis. videtur velle quod sic,
15 † q̄ sensus auditus non bz excludere visum contrarium tamē voluit Archi. in. d. c. hoc videtur. xxij. q. v. Et hanc sententiā archi. sequitur Imo. ibidem in. d. c. tam literis, q̄ lz reperiatur in

sensu

sensu auditus. Mihi tñ videtur verior sentētia ipsius But. qm̄ ex quo testis dicit titiū esse ingressum fundū, videtur adeo percepisse per sensum auditus, vt certitudinaliter perceperit eum esse ingressum fundū. Nā potest esse adeo possibile, vt per auditum possit itelligi indubitanter aliquē ingredi domum quēadmodum statim dixi testes posse audire verba ꝯbentium coztina internedia, ita posset euenire vt ego audirem Titium ingredi scholas, lz eum non viderim qñ vox esset omnino nota. z vī verior sententia. Nec ob. rō Imo. dum dicit non reperiri, vt sensus auditus possit supplere pro sensu visus, quoniā respondeo satis sufficere q̄ sensus auditus possit concludere ad id dictuz super quo deponit testis. Alterius potest opponi contra predicta testiū qui inter se sunt ꝯrij. z hic concludit primo qó si testis sibi contradixit expresse non vz eius testimoniū vt ponitur in. c. in nostra. eo. tit. z in. l. cū pretiū. de lib. ca. iij. q. viij. c. pura. pōt tamen scōm doc. redigi testes ad concordiam ne incidant in periurium vel falsum vt in. c. cum tu. eo. ti. Secus si esset adeo notoria contrarietas vt concordia fieri non posset.

16 **Sed** hic dubitatur † An testes reducti ad concordiam habeāt pbare. Bar. in. l. i. C. de vsufru. z But. in. l. cum de etate. ff. de proba. vñr velle qó testes reducti ad concordiaz nō habent pbare, sed solū concordia habeat tollere cāz periurij vel falsitatis. facit ēt qó no. per Bar. in. l. inter stipulantez. ff. ó verbo. obli. z in. l. ij. §. fi. si cer. pet. z in. l. insulam. §. i. sol. mat. ponit ēt per nōnullos alios in. l. sed si possessio. §. si iurando. ff. de iurein ran. z inquiunt canoniste hoc cōiter teneri a legistis vt non probet. sed tñ videntur sentire canoniste, z maxime Hosti. tales testes pbare. z ad hoc adducūt. c. cum tu. eo. ti. intelligendo q̄ canonici ibidē erant actores, put inquit Hosti. qui dicit se habuisse facti notitiam. ¶ Sed tñ illud. c. cū tu. voluit testes benigne interpretari debere ad cōcordiam vt testes notent crimine periurij, non añt ad hunc effectū vt per eos inducaī probatio, attamē scōm But. Imo. in. d. c. cum tu. potest saluari snia legistarum in pluribus casibus. ¶ Primo mō possunt intelligi legiste qñ plures testes ꝯdicūt vni soli nā tūc reducunt ad cordiā, vt solus nō incidat in periurium vel infamiam, non autem vt ille solus pbet

17 † q̄ vox vni° vox nullius. l. iurisiurādi. C. ó test. canonizata. iij. q. iij. Secundo possent saluari legiste quando vnus testis contradicit vni. nam neuter illoz̄ probat, ex quo vterq̄ est solus. facit qó bz p Spe. in ti. de testi. §. iam de interrogatoriis. ver. quid si vnus. z quod no. Fede. de senis suo cōsilio. clxij. z has duas salua tiones posuit But. i. d. c. cū tu. Sz p hoc nō tollit dubitationē qñ duo testes pducerētur ab eadē parte qui inter se contrarij viderentur, an eo casu facta concordia inducitur pbatio. Bart. in d. l. insulam. § i. ff. sol. matri. vī sensisse qó pbant, lz But. simpliciter vī tenuisse qó nō. in. d. c. cum tu. Sed de iure canonico intelligēdo. prout inquit Hostiē. fuisse de facto vt illi canonici fuissent actores in. d. c. cum tu. probatio esset concludens de iure canonico. possunt ēt saluari legiste alio mō scōm But. in. d. c. cum tu. qñ testes qui ꝯriantur producunt ab eadem parte. Naz tunc talis probatio redditur dubia, ideo solum reducuntur ad cōcordiā, vt euitent crimē falsi nō vt habeāt concludenter probare.

18 ¶ † Sed hoc dictum non vī concludens, nam lz imputari possit parti producenti diuersas seu contrarias scripturas, vt in. c. imputari. de fide instru. z in. l. scripture. C. eod. tit. de fide instru. nō tamen imputari potest quando producunt testes diuersi sine cōtrarij ab eadem parte. ¶ Ratio est optima differētie, q̄ vbi producuntur diuerse scripture pars potuit ab initio prenidere scripturarū ꝯrietatem, ideo imputari debet, z hec est ratio scripta. in d. c. imputari. que non cessat in testibus qui ab initio nullo modo preuideri poterunt. ¶ Sed vlterius probabiliter dubitatur an facienda sit cōcordia testium indistincte, an sint bincinde pares vel non doct. in. c. cum contingat. de offi. delega. concludunt qó quando pro vna parte sunt plures vel meliores testes, quam pro alia, tunc non est fienda concordia, sed omnino vī esse standum bis testibus qui numero sunt plures vel auctoritate prestantiores, z idem tenuit Inno. in. c. cum contingat. idē etiā sentit bar.

19 in. d. l. ij. §. fi. si cer. pet. ¶ Subijcit tamen Bar. ibidem † indicē cautius agere si iterum testes interrogaret, vt eorū dictum declarent. facit quod no. per glo. in. auc. de testibus. §. q̄ vero z quod no. in. c. cum clamor. de testi. Butr. tamen in. d. c. cum tu. indistincte tenet esse fiendam concordiam inter testes etiam si sint dispares numero auctoritate vel fide, pro hoc facit. c. q̄ circa. de priuil. z. l. de pretio. ff. de public. pro hac sententia Butri. potestis adducere rationem. c. cum tu nam ideo papa iubet concordiam testium fieri debere vt testes ipsi non notentur reatu periurij vel falsi, que ratio militat etiam vbi hincinde esset inequalitas, pro hoc etiam facit. c. ij. de transla. epis. Facit etiam qó no. glo. in. c. cum nostra. eod. ti. posset tamen hec opi. hoc ordine cō cordari, vt quantum ad probationem non posset fieri concordia inter testes quando hincinde sunt dispares, sed solum quantum adeuitanduz reatum periurij, alia opinio procedit vt fiat concordia inter testes, non quo ad probationem, sed quo ad euitanduz
20 crimen falsi. † Finaliter potest opponi de contrarietate inter ipsos testes, de hoc habetis glo. no. in. c. in nostra. eo. ti. que declarat plene quibus testibus credendum sit qñ inter se contrariantur, ideo de hoc dicatis, vt ibidem dicitur per Guil. alleg. p glo. z doc. z ponitur etiam in. c. nihilominus. iij. q. ix. ꝛc.

FINIS

Tractatus de testibus per dominum Tyndarum. J. U. Doctorem introducentem Barto. z Bal. collocutores, z adinuicem disputantes, z Ludouicum romanum, altercationes eorum deciden tem, Incipit.

¶ Epistola dedicatoria.

Up reuerēdissime domi,

n ne cum exercendi ingenij gratia mente concepissem aliquid de nostra pontificij aut cesarei iuris disciplina literis mādare, reuolutis nōnullis nostrorū codicibus oportune tandē occurrit materia quedā testium scz variantiū tuo incluto nomini inscribēda, que res mihi sane visa est ad disputandū admodū subtilis, inuestigatione p pulchra ac singularis exercitatione facti quotidie per manus omnium q iuri dicendo presunt. aut causas quoqūo instruunt, aut scisitantur summe versatilis, a nostris ēt maioribus pace dixerim eorū lenissime explicata. igitur te tanto viro dignā dijudicani. cum etenim tu vt iam din vulgata est per oēs notitia scientiarū plurimoꝛum precipueq̄ theologie parētis oium studiorum Qbie ac retbozi ce longe lateq̄ preditus sis, iuris quoq̄ pontificij cuius notitiam constat nexu quodā cum iure ciuili ꝙiunctam maximus interpres dijudicatus ad quē dixerim spectare proprius de re buiusmodi disputare q̄ tibi. Cum etiam tibi ipsi maxima quedam z incredibis intellectus pspicacia a summo rerū oiuz opifice cō cessa sit a quo quesierim firmius q̄ a te huius scientie z stilum z inuentionē. Jtē cum tibi quoq̄ apostolica sedes Beo annuente tot tātarūq̄ regionū iure meritisq̄ tuis principatū concesserit quē crediderim aduersantiū testium cognitionē in qua non parua reddende iustitie pars constituta est auidus vendicare quaz tu. Scripsi itaq̄ paucula quedā quo ad perdebiles facultates meas preterq̄ lectiones quotidianas z varias occupationes fieri potuit, tibiq̄ ipsi indicanda statui, non qz crediderīz tibi incorrupta ac inerudita hec verba conferre, sed vt ea ipsa que rescripto tua summa prudentia, sapientia atq̄ humanitate modereris, corrigas atq̄ refrenes, soliditatēq̄ tua maxima auctoritate ei attribuas, z prout tua in me summa est pietas z beniuolētia rē partam maiorē reddas tua estimatione presertim cum ab homine deditissimo profiscisatur. Ex tuo eniz inclito nomine z excellenti virtute adijciet volumini auctoritas quedam minime contemnenda, nam qui illud ad te destinatum legerit, proculdubio existimabunt aliquid pōderis sibi inesse quod fuerit dignum nomine talis viri. Interdum itaq̄ reuerendissime pater post rerū magnarum expeditionem quibus prepositus es z probatissimorum auctoꝛū lectionē cui die noctuq̄ ocio suppeditante diligētissime incumbis, ad hec vilia tanq̄ perfectis cōstitutisq̄ viribus reuertaris. Et vt ingt ille institutiōis oratorie summus Quintilianus si cuti in cenis grandibus sepe facimus vt cū optime satiati sumus varietas tamen in nobis ex villoribus grata sit. nec dubito prestantissime pater nōnullos esse futuros qui hunc meum libellum tacite reprehendent z imparem dicant viribus meis qui neque rim onus suscepti muneris sustinere, quibus forte assentiar. z disputandi genus a me inchoatum preter maiorum nostrorum consuetudinem maiori dignū ingenio z exquisitioꝛis intellectus acumine profitebor. verū illud adiungam me non ostentandi potius

q̄ exercendi, non ambiendi potius q̄ addiscēdi studio hoc onus aut in tantam ac arduam clarissimorū doctorū controuersiam descendisse. accedit ad hoc q̄ vel maxime in banc dictionem ipellit q̄ omnes aut presentes aut posteri tue celsitudinis ⁊ inclini nominis tui auctoritate cōmoti laborē meum aut aperte culpabūt sed eximiam laudem decusq̄ tribuent mihi cum intelligent lucubrationem meam qualiscunq̄ sit excellentie tue non displicuisse. ne cui igitur mirum sit q̄ disputandi stilum colloquentium virorū assumpserim plane ab antecessoribus nostris qui iuri scribēdo similiter interpretando versati sunt prorsus alienum q̄q̄.n. hoc ipsum disputandi genus non fuerit inter nostros iuristas hactenus versatum, pleni tñ sunt omnes latine lingue libri huiusmodi disputationibus quos probe visum est licuisse hoc opere imitari. Accedit q̄ vt arbitror operepretium erit ipsos Bar. ⁊ Bal. tante auctoritatis viros de iuris interpretatione ēt hodie loquentes intueri disputantesq̄ clara vt ita dixerim voce audire.
¶ Tyndarus vtriusq̄ iuris doctor exercitij causa hoc opus confecit. ¶ Barto.

SVMMARIVM

1 Ludouici romani laudes notantur.
2 Baldus Bartoli discipulus scientia cupidus.
3 Humanum eloquium non sufficit ad laudes Bartoli.
4 Demostbenes greci eloquij princeps.
5 Glozie cupiditas in interpretando iure semper fuit Baldo.
6 Disputando quis doctior euadit.
7 Testis qui asserit vnum extra iudicij figuram, si postmodū affirmet contrarium in iudicio an sit de falso puniendus.
8 Bartolus iuris ciuilis interpretator acutissimus.

¶ Capitulum primum.

Epenumero ac vehemēter valde admirari soleo cum aduentantes iuris vtriusq̄ professores intelligo recensentes quanta cum attentatione solertiaq̄ ⁊ incredibili quadam anxietate meas illas quas mortu⁹ sententias reliqueram super iuris ciuilis interpretatiōe tu ipse post me annos quinq̄ fortasse ⁊ quadragita viuens acri quodam morsu increpare conatus fueris, tenebras etiam si q̄n fieri potuit nomini meo sicuti aiunt tanq̄ precipuo inimico effundere nixus sis. q̄ vel maxime his fere temporibus Ludouicus †iste romanus aperuit vir excellens memoria plenus ac facundia redimitus, scrutator etiā nedum scriptorū meorū sed tuorum ceterorūq̄ diligentissimus. p ximisq̄ diebus aduenies Nicolaus siculus asseruit alterū vt accepi sue etatis iubar, omni laude ac veneratione dignum.
¶ Cogitanti etenim mihi ⁊ memoria repetenti q̄ familiaris ac iucunda vinentibus nobis tibi mecū fuerit coniunctio, quam dulcis ac assidua conuersatio, q̄ ēt per me voluntarie tibi fuerit impensa doctrina dum me fere quotidie interrogabas, dum responsa a nobis accipiebas, dum etiam nosipios magistralē cathedrā ascendētes discipulus existens ⁊ sciētie cupidus †audiebas. multo bec ipsa tua gesta abesse videntur a gratiarū actione cuius ardeo dicere parte saltē aliq̄ per te mihi deberi multoq̄ a necessitudinis vinculo aberrant distantq̄ ab officio nostre amicitie. nonnimus ceteros scriptores aliorū sententijs interdum aduersatos horū tñ neminem emulatio mouit ac inuidia. Sola vero inuenie de veritatis ac iustitie cupiditas accepimus, zte ipsum erga ceteros omnes me excepto ⁊ humanū ⁊ benignū interdū ac facetum visum, ⁊ reliquos doctores qui post me clarnere honoris aliquid atq̄ reuerentia nobis retulisse auctusq̄ non parū q̄q̄ non simili necessitudine familiaritate ac deniq̄ amicitia coniunguntur. Si itaq̄ placuit Bal. explanaueris velim quid est q̄ mouerit i tantam nostri nominis persecutionem nec putaueris illud referre coram nobis esse malū sine enim laudes per se nostras ferrant, sine id q̄ bis est oppositus fortitudo imperat vt paruifaciamus. Tibi quoq̄ Ludouice precor ne molestus sit presto esse bis nostris confabulationibus. ¶ Bal.

Si recenlere instituissem Bar. bis tēporibus quantum inclito nomini tuo debuerim duz seculo potiebar p bis omnibusque tuipse cōmemoras quantun cūq̄ tibi debuerint debeātq̄ illioēs quicunq̄ sunt q̄ post te surrexere surgentq̄, qui operā iuri dederunt atq̄ dabūt, qui iustitiā coluerunt atq̄ colent, qui deniq̄ rectum aliquid aut sanctū amarunt atq̄ amabunt p Deum quale ac q̄tum in me † exposcereē cloquiū diuinum qm̄ humanū non sufficeret. Quis enim incredibilem memoriā tuam, quis acumen ingenij, quis scientiarum vices qs doctrinā innumerabilē, qs iustitiā, qs egratē qs erū omnium peramādā veritatē, quis ex recōditis interdū fontibus habitam sapientiam. quis docendi suauitatem, quis ob tenebraruz ac incognitarū rerum demonstrationē, quis ardentissimam diligētiam quis bonitatē apud seculares huius mundi inauditam narrando aut certe minimam partē eius perstringendo non deficeret nemo ꝓfecto ⁊ si ipsi † Demostheni aut Ciceroni hoc munus deferretur q̄q̄ alterū greci eloquij principē dicant, alterum latini, non quidē si illis essent centuz lingue, oraq̄ cētū, ferrea vox, iuxta poetā, itaq̄ longe falluntur qui putant ob inuidiā aut emulationem sententijs tuis me fuisse aduersatum. errantq̄ vehemētius hi quorū scias non retulisti qui false crediderunt me nomini tuo impensum detraxisse, ppea q̄ ipse viuens vt aiunt honoris aliqd forte asseris. Nā quis me ō inuidia argueret eius cuius ordinē docendo sp fuerim amplexus, cui tm̄ me ⁊ oēs iustitie ac veritatis amatores debere profitent. Quis me de detractione nominis illius inculpet quē semper ⁊ verbo ⁊ scripto docens preceptorē meū appellaueri ac dñz. Quis me in summā ac veneratione habuisse non dicet illū quē omne ingenium mibijpsi dedisse asseruerit, quē ēt in colo gigantis tanq̄ ex alto omnia respicientem affirmare non dubitauerim.

Alia autem aduersandi rō extitit mi preceptor quā libens nō minus tibi q̄ ceteris q̄ aura potiuit enarrē quo error ille eorū mētibus aboleret, etenim dnz in humanis agebā sp mihi vt verum fatear insita fuit sicuti ferre apud miseros mundanos ceteros accidisse solet † glozie cupiditas quedā sup interpretando nostro iure eāq̄ ipsam facile cōparare posse videbar si diligentissimorū virorū scias subtilius argumentis oppugnarē, oppugnandoq̄ refellerez vnde ⁊ cuilibet ex omnium iurisconsultorū turba ea occasione quātū honeste licuit sp aduersatus fui in te viro ⁊ ceterorū oium principe omne meū ingeniū querti quē separare si potuissez reliquos oēs meipsum auferre nō dubitassem. tantum. n. vt inquit maro tuipse inter alios caput extolis quantū lenta solent inter viburna cupressi tecunq̄ vt rez apertius enarrē sic facitari sicut fortis miles dimicare solet, q̄ cū multorū hostiū palmā desideret illā ipsam se consecuturū facile putat si hostiū principē ac ducē deuicerit, bec in quā mi Bar. emulādi cā extitit cuius vtinā seculi vinentes notitiā habituri sint, nō parum enim vt arbitror nostro ēt nomini prodesset ne de inuidie aut ingratitudinis vitio argueretur. Bart.

Facile admitto Bal. admittā hāc excusationē, velim tñ etiā hodie nos aliqd de tuis illis ꝺictiōibus disputemus delegasq̄ si placet argumenti gratia locū vnuz ex bis oibus in quibus te iure mihi repugnasse putas, ⁊ si morē omnino mihi gerere volueris ex meis sententijs quas ꝓbasti omniū tuo iudicio improbabiliorē ꝓferas quo disputatio qōnis vnius exemplo esse possit in ceteris contradictionibus. Bal.
¶ Nedū placet mi preceptor tecū disputare sed perplacet, fieri enim non poterit qnin hodie † disputando abs te doctior euadam euenientq̄ fortasse nunc sicuti etiam viuentibus nobis sepius solitū erat cū tuo lateri aliq̄n adherens oium beatissimus esse videbar. Et vt de Scenola iuriscōsulto ingt Cicero multa prudēter abs te disputata, multa ēt breuiter ⁊ cōmode dicta memorie mandabā fieriq̄ studebā tua prudētia doctior atq̄ sapientia. Tū vel maxie id oiz mihi hīpe plz qm̄ tuipse suades vt tuarum sniarū omnium improbabiliorē proferam. fieri enim poterit vt spero q̄ per teipsuz disputatiōis huius mihi palma tribuet, igit argumentū esse volo pregrinā illā iniam tuā ⁊ si phas est sic log solitariā q̄ ponis in. l. eos. ff. ad. l. cornelia. de fal. vbi inqs teste qui asseruit † vnū extra iudicij figurā si postmodū ꝓtū affirmet in iudicio de falso esse punidū, hoc. n. mihi summe apparet iniquū, nullaq̄ iuris rōne aut lege ꝓbatū ⁊ q̄ deterius est ab oibus dānatū maximeq̄ mirādū q̄ ex tuo tā preclaro decideris ore cuiusq̄ dicti si ostēderis veritatē sonare scōz tuā sniaz sic dicere ausiz, fatebor i ceteris me tibi pessime aduersatū. ¶ Bart.

Rem quidē proposuisti Bal. frequētatam ac necessariā ad disputandū. Item forasse magis quam alij crediderint subtilez dixeris tñ meā illam sniaz ⁊ hodie nō adeo alienam veritatiq̄ abhorrētē, impossibile namq̄ est vt ostendam in re ꝓtū affirmare nisi ꝓfidi omuino ac pertinaces esse velimus.

Quis

Ania tñ romane Ludonice te nře huic disputationi volumus p sentiē fore, ne tedio fuerit hodie Modernoū inias referre super bis oibus q̄ dixerimus annū eteniz ego iam circiter nonagesimū vita functus sum. Tū vero paulo ante ad nos veniſti plenus memoria vt intellexi ꝛ legum sapientia. ¶ Ludonicus. Oparens
8 Bar. inris ciuilis interpretator † tuq̄ ꝛ Bal. quē inris vtriusq̄ monarchā appellare solitus sum quam gratum mihi erit. quaz iucundū q̄ suaue vos ambos tam sublimes, tam excelsos, ac facundissimos partes disputantes audire, omniū procul dubio iocundissimum ac suauissimuz erit. tu tamen Barto. preceptor noster omnium gratissimum nostrum vterq̄ feceris, vt ꝛ pro Bal. pollicear si ieriem omnium variantium testium qōnis vnius ꝓpo site gře ab exordio explanando dilucidaueris quēadmodū vnēs facere ſp solitus eras, cū seriosos illos tractatus cōponebas, cuz sparsim dicta in vnū colligebas, cum archanā mentem inriscon-sultorū pandebas. cū deniq̄ rē tibi totā explanare placebat vbi tps suppeditabat nec vnq̄ teipsuz quicq̄ intelligere putabas donec oēs totius materiei articulos te nosse prospiceres. ¶ Bart. ¶ Libens hec omnia Ludonice enarrabo si tñ bal. sibi gratum dixerit. ¶ Bal. ¶ Erit vero bar. vt Lud. ingt oinz gratissimū. ¶ Bar. ¶ Nos itaq̄ hec omnia pertractare inchoemus ea tñ ꝓmissa lege, vt ꝛ vos bal. ꝛ Lud. ne me loquentē interpelletis nisi tibi forasse bal. aliqd occurrerit dubitationis, cū. n. dubitaueris audacter instabis, tibiq̄ Lud. acciderit aliqd qō de Modernorum sententijs proferre volueris. ¶ Bal. Sic faciam. ¶ Ludonicus. ¶ Ego quoq̄.

SVMMARIVM

1 Testis varians in eadē instantia ꝛ inter easdē personas an pena legis cornelie sit puniendus.
2 Testis in aliquibus ponitur de falso in aliquibus non.

¶ Capitulum scōm de generali diuisione testium variantium, ꝛ de teste in eadem instantia variante. ¶ Bar.

Onis variantium testiuz disceptatio in tres partes distinguit, nōnunq̄. n. variat testis in eodē iudicio eadēq̄ instantia ꝛ inter easdē psonas qñq̄ variat in iudicio ꝛ extra iudiciū aut eō. interdū varius est in diuersis iudicijs aut instantijs, q̄ diuisionem probe cōplexus est modestinus inrisc̄sultus. ff. ad. l. cor. ō fal. in. l. eos. in prin. si recte eius verba intelligant garriāt alij qd velint. bal. nos itaq̄ tria hec segregatim ꝛ ordinate declaremus primūq̄ iā
1 locū capiamus. ¶ Varias testis † in eadē instantia ꝛ inter easdē personas. l. cor. de fal. puniendus est. neq̄ stari oz eius dicto primo neq̄ scōo nisi ꝫ ipsuz testē ꝓbaꝛ hec regula in ꝓal. l. eos. i. rñ. vbi ēt hoc scripsi in meo cōmento. itē ꝓbaꝛ. ff. de testi. l. q falsa vel varia. ꝛ ibi gl. iij. q. iij. c. itē q falso. extra de ꝓba. c. iz cām. circa mediū. ꝛ per gl. Ber. de test. in. c. cū cāz q̄ inter archiepm in gl. vlt. in fi. ꝛ per spe. in ti. de teste. §. i. ver. quid si idē testis. ꝛ eo. ti. §. postq̄. vers. ꝛ quid si idē testis. ¶ Fallit tñ hec regula multis modis meo iudicio quos per ordinez numeremus. qñ ꝑm dictuz fuit cum tormentis, primū aūt sine. Scōo qñ dictū ꝑm ꝫium fuit ad finē prolationis prolatū. Tertio qñ testis prima vice ꝓponit per verbū credo, scōa vice per verbū veritatis assertinuz. Quarto qñ prima vice per verbum mihi vř, tertia vice per verba affir
3 mativa. Quinto vbi testis prima vice dubitando altera affirmando deposuit. Sexto vbi prima vice p verbū nescio, scōa vero vice p verbū scio. Septimo vbi prima vice p verbū nō recordor. scōa per verbuz scio vel recordor. Octauo qñ prima depositio fcā fuit p iracundiā vel iocum, scōa nō. Nono vbi primū dictuz fuit sine iuro, scōm fit cum iuro. Decimo vbi testis prima vice deposuit ꝛ causam sui dicti non reddidit vel reddidit, sed insufficientem vel nō verā, scōa aūt vice reddidit sufficiētē ꝛ verā. Undecimo vbi a pte ꝓbareť primā depositionē fuisse falsam. Duodecimo vbi p
4 altero ex diuersis valide ꝙiecture ꝙcurrunt. oibus. n. his casibus statur scōo dicto preterq̄ in vltimo in quo stať illi dicto p quo cō
5 iecture ꝙcurrunt. ꝛ in aliquibus † puniť testis de falso in aliqbus non nec hz locum regula. ff. tradita. de his igit omnibus aliquid particulariter examinemus. ¶ Bald.

Pulchram mi preceptor telā ordituz es tuo solito acumine q̄ scribēdū nullus hactenus excogitauit. dicas tñ veliz aūq̄ vlterius processeris an intelligas ꝫ in teste variāte in eadē instantia eodē tpe an diuersis tpibus. Si enim hac scōa via intelligeres ꝫdicere tex. vī. ff. de test. l. produci ꝫz vnā lec. gl. vbi bř q̄ idē testis nō pōt iterum produci sup eodem ab eo qui alias in eadem instantia euz produxit nec ēt ab eius aduersario ꝛ ante attestationum aperturam. ꝛ facit ꝓ hoc q̄ no. gl. C. de sti. l. si quis testibus. in. j. gl. ꝛ q̄ no. gl. extra eo. ti. c. cū cāz que inter archiepm in vlt. gl. ¶ Bar. ¶ Verum narras sed tñ attende, qz predicta locū habent in teste qui eodez tpe variat puta dū de circūstantijs circa negotiū principale a iudice interrogatur. Item locum habent qñq̄ in teste qui variat in eadem instantia diuersis tpibus vtputa dū a iudice repetiť ad declaranduz dictum suum vel redditionem rōnis. Vel ēt duz variat a primo dicto vbi postmodum. §. diuersis articulis producitur forsitan dicēdo incompassibile ad primū dictum, possunt. n. hec fieri, vt. j. demonstrabimus, sicq̄ vestrā hanc disputationem intelligimus, sed iam ad proposita reddeamus.

SVMMARIVM

1 Scōo dicto ꝫrio non primo standum est vbi primum dictum ꝓbatum est sine tormentis secundum autem cum eis.
2 Dicto sine tormentis, an potius standum.
3 Secundum dictum si ꝫriatur primo nō potest negari quominus alterutrum dictum sit falsum.
Confessio in criminibus ex tota per torturam an noceat.

¶ Capitulum tertium. ¶ Bar.

1 **Dicebam** standum esse scōo dicto ꝫrio † nō ꝓ mo vbi primum dcm̄, ꝓbaꝛ nō est sine tormentis, ꝑm aut cū eis, ꝓbať hec sntia optime p tex. no. i. l. si postulauerit. §. rō. ver. ſz si negauerit. ff. ō ad. vbi de hoc idē notani ꝛ scripsi. ff. de fal. l. eos. ¶ Ludo. ¶ Bal. tu idē sequebaris. C. de qō. l. fi. in fi. approbat ēt idē. d. Ma. si. extra de ꝓb. c. ꝓ tuas. ego q̄ idē firmabā allegādo tuā bar. auctoritatē ꝛ ōo dcm̄ ver. si negauerit eē valde ad hoc singulare, dicebāq̄ ex eo induci cautelā mirabilē q̄ qñ vult amico suo cōplacere psuadeat testibus q̄ dicāt ꝫriū eius qō prio predixerunt postea. n. faciēdo eis aliquē timorē in tormētis stabiť illi scōo dcō q̄s nis ex internallo p predicta q̄ mēti figēdum putabaz. ¶ Bar. ¶ Inqs ꝓbe vez, ꝓbať ēt dcm̄ meū p aliū tex. in. l. si vnius. §. testes. ff. de qō. vbi testis iper. g dixit mēdaciū ponit ad torturaz, vt dicat veritatē ꝛ eius dcō stať, ꝛ sic nō est verū q̄ ꝓal. ver. sit sing.
2 ¶ Bal. ¶ Occurrit dubitatio, nā potius vř † stādū dcō sine tormētis vt vř casus. ff. de qō. l. i. §. diuus. §. qōni. ꝛ §. si qs vltro. ¶ Bart. ¶ Sic facias sp vt inuestigemus. Rñ. tñ illud vez in ꝓfessione sup facto ꝓprio q̄ fcā tormētoz timore nō vz nisi ēt cessantibus tormētis in ea pseueret, sic loquunt iura tua. aliud est in ꝓpositione testis in cā sup fcō alieno de quo nos loqmur. illa. n. validioz est cū tormētis q̄s sine, vt. d. vers. ſz si negauerint. ꝛ. d. §. testes. ꝛ in auc. de test. §. i. ꝛ no. ff. de ꝓb. l. cum ꝓbatio. ꝛ ego hoc idē scripsi in. d. §. qōni. iz tractādū est hic an hoc casu testis ō falso puniať. ego vnēs solū dicebā stari scōo dcō an testis puniať nihil scripsi nec adhuc sum memor q̄ aliqs scribens hāc qōnez ponat. dic Ludo. nunquid aliquis alius tetigerit. ¶ Lud. ¶ Non certe q̄ sciam. ¶ Bart.

Prima fronte vř dōm testē hoc casu de falso puniendū. nā negari nō pōt quominus alterutrū dictum sit
3 falsuz postq̄ ꝑm † dcm̄ ꝫriať prio, vt. ff. de re. du. l. si is q ducēta. §. vtrū. ꝛ facit. ff. de qdi. ꝛ de. l. titie. ff. de mi. l. si filie. cuz si. necesse ē vř dici de falso puniri, vt. ff. de test. l. qui falsa. vel varia. iij. q. iij. c. itē q falso vel varie. cū gcor. verū bis nō oppugnātibus oppositū arbitror verius, nā si recte ꝙsideram dcm̄ testis se hz ad duo ad ligandū. s. partē in via ꝓbationis ꝛ veritatis. itē ad ligandum semetipsum testē in via confessionis quare quodlz testimoniū est confessio q̄tum ad testē. ꝛ probať extra de presum. c. literas. ꝛ ō prob. c. per tuas. ꝛ dicā plene hodie vobis. j. li. ij. c. vij. primū effectū q̄is operet dcm̄ testis in tormētis emanatū, qz verius in ꝓmo dcō presumit vt dcm̄ est, tñ ꝑm operari nō pōt qñ testi nocere nō oz sicut nec † confessio in criminibus extorta p torturā, vt in
4 pręal. l. i. §. diuus. ꝛ §. si quis vltro. ff. de qō. nisi forte in ipsa qōne pseueraret testis cessantibus tormētis, qz tūc preiudicaret vt nūc dicebamus. deinde si recte attendantur verba mea in illo ver. ſz si negauerit, dixi testi licere hoc casu ibi in tormentis deponi, corrigere dcm̄ eius precedens q̄is nūc ex internallo deponat, quę qdē correctio tollit testi penā falsitatis ficti statim proxi. c. subnectemus. intelligiq̄ illud oz nisi in suo dcō perseueraret vt dcm̄ est. ꝛ ex hoc infero ad cautelā tuā Ludo. q̄ q̄q̄ sit bona ꝓ par

te pro qua testis scḋa vice in tormentis deponit quare stat illi dicto, ñ pessima erit qñq; pro teste sibimet ꝺdicente, qr punieť de falso si forte in suo dicto perseuerabit vt ex ꝓmissis apparet. ⁊ attende iterum quare hoc ipsum verum est nisi testis deponeret ꝺrium in tormentis incontinenti post primū dictum corrigendo eū ⁊ allegando cāz correctionis. hoc. n. sibi liceret, nisi puniretur, ẽt si in suo dicto perseueraret vt statim apparebit.

✠ SVMMARIVM ✠

1 Testis vbi variat a primo dicto ad finem correctionis, tunc instādum est secundo.
Testi an liceat semper corrigere dictum suum.
2 Confessionem suam quando quis renocet.
3 Testis quando dicatur incontinenti corrigere. 4.
5 Index qñcunq; vult potest testem repetere vt dictum suum obscurum declaret vel interpretetur.
Publicatio attestationū indicē nō ligat in eo qđ ex offō facit.
6 Obscuritas quelibet testis qua via declarari possit.
7 Dictum testis sine causa scientie si de eo non interrogatur vz.
8 Testis licite corrigens eius dictum an puniatur de falso.
Penam non meretur quod iure fit.

¶ Capitulum quartum de teste qui in eadez instantia variat ad finem correctionis. ¶ Bar.

1 **Iteram** exceptionē esse dicebamus vbi testis ✠ variat a prio dcō ad finē correctiōis, tūc. n. standū diximus scḋo ⁊ p eū tolli primū. ꝓbať sṁa hec. ff. de qō. l. repeti. in prin. extra de testi. cog. c. preterea. ⁊ no. gl. or iuris ciuilis, in auc. de test. in. § quare vero in gl. magna circa mediū. ⁊ p gl. canonistaz, extra ỏ test. c. cū cām. q̄ inter archiepm, ⁊ facit. ff. de ma. te. l. sticbus. imo pā pbilus notaniq; ego idē. ff. de fal. l. eos. ⁊. ff. de adul. l. si postulauerit. § rō ver. sed si negauerit. ¶ Querendū ñ est hic an liceat sp testi corrigere dcm suū ⁊ qdē ñdeo ꝙ nō nisi incōtinenti fctā de positione, ex intervallo vero nō audiret corrigere volēs, vt est casus in. d. c. preterea. ⁊ no. gl. in preal. § quare vero. nec ẽt pōt corrigere incōtinenti nisi instā cām erroris ⁊ correctionis alleget ⁊ hoc iudici videatur quando autem simpliciter variaret nec diceret se illud animo corrigendi facere, tunc puniretur, vt varius per dicta. l. cos. vbi pulchre notani in tertio ꝺrio. ¶ Bald. inquis probe, sed quid dices ad tex. in. l. de etate. § ex cā. ⁊. § fi. ff. ỏ
2 interro. ac. ⁊ ad infinita iura vbi apparet ✠ quod ẽt ex intervallo qñcūq; ante sententiam quis ꝑfessionē suā reuocat probato errore prime credulitatis ⁊ cāz none opinionis reddendo, qđ ẽt ru ipse Bar. plene ⁊ subtiliť discutis. ff. de ꝑfes. l. nō fateť. ⁊ tāgiť. C. de in inte. rest. in. l. de tutela. ⁊ extra de iureiu. lib. vi. c. fi. ¶ Bar. ¶ Clare ñdeo illud in ꝑfessione partis facta positione sup fctō ꝓprio, at nos in testis depositione emanata in facto alieno cuius tractatus lōge diuersus est ab illo. Porro in teste q dctm corrigere vult ex intervallo a iure presumiť subornatio q̄ presumptio cessat in casu altero, vt ꝓbať in dictis iuribus, ⁊ attende q̄so qm in multis differūt hi casus, etenim testis nō corrigit eius dcm nisi incōtinenti, pars aūt suā ꝑfessionē ex intervallo, vt ẽt nūc dcm est. Itē testis si corrigat incōtinēti hz instā cāz correctionis allegare q̄ iudici admittēda videať vt predixi. Pars aūt incōtinēti pōt indistincte eius ꝑfessionē tollere ẽt nō docto de errore, vt no. glo. Jo. an. q̄ solet dici sin. in. c. fi. de iureiu. li. vj. Itē differūt in altero vt statim subnectemus. ¶ Lud. Pro illa gl. ego solitus eraz allegare casuz in. l. de etate. § celsus. ff. de interr. act. ⁊ ita dixi i. l. q bona. § si qs stipulatus. ff. de dam. infec. ¶ Bar. ¶ Videduz
3 est huius rei declarande cā qñ dicať ✠ testis incōtinēti corrigere, tex. in preal. c. preterea. simpliciť loquitur. Host. ⁊ quidā alij dixerunt hoc esse i arbitrium iudicis inspecta qualitate persone ⁊ tēporis ⁊ q̄deratis certis circūstantijs. ⁊ hanc opinionē sentit gl. in. d. c. preterea q̄nis eā nō firmauerit gl. legistarum. in. d auc. de test. § qr vero. in gl. magna ad mediū. ⁊ glo. canonistaz in. d. c. preterea. ⁊ spe. in ti. de test. § i ver. sed qd si dicit. tenent ꝙ tūc dicať incontinenti corrigere qñ illud facit antecꝫ ꝑspectum iudicis exeat ⁊ cum partibus loqui poterit, ⁊ hec opinio vt verior in practica seruatur vt ego ipse notani in. d. ver. sed si negauerit.
¶ Ludo. communis est hec sṁa Jo. de imo. ⁊ oium aliozꝫ Modernorum in. d. c. preterea. ¶ Bar.

Diceremtamen ꝙ vbi cā iter vlies psonas verteť ✠ nobilis psona vel magne estimatiōis ꝙsuetā veritatē dicere ꝓduceret in testē tūc iudicī esse arbitriū an ex internallo admittat correctionē tali testi. ar. extra de simo. c. ⁊ si qōnes. ⁊ hoc casu opi. Hostiē. substinerē q̄uis ab alijs hoc dictū nesciā, ⁊ hec qdē oia in teste ꝓcedūt i pte alio mō
4 assumiť hoc verbū incōtinēti, ✠ semp. n. dī renocare ꝑfessionē incōtinenti si illud facit añq; redigať i scriptis eius ꝑfessio ꝑm quā dā gl. ad hoc valde sin. xxxij. q. i. c. apud misericordes. ¶ Querēdū ẽt qd si testis non corrigat �somodo addat ⁊ qdē dicimus hoc sibi licere anteq; ereat iudicis ꝙspectū, qr est vna depositio cū prima, ꝙ sit ꝙtinuata ar. ff. de testa. l. hr̄des palā. § fi. ff. de ỽb. obli. l. ꝙtinuus. in prin. ff. de duo. reis. l. duos reos. ff. de adul. l. q̄ ait lex. § fi. si aūt adderet postq; potuit loqui cū ꝑtibus, tūc audiri dz, minor ñ fides sibi dabiť. arg. no. d. § qr ỽo. ⁊ nouit hoc Jo. an. in. d. c. preterea. ¶ Ludo. ¶ Jo. de imo. ibidē refert ⁊ sequiť Bar.

Est notandum qm̄ predicta oia vera sunt nisi testis corrigat eius dictū ex internallo in tortura, hoc. n. pōt speciali rōne vt nunc dicebamus. ꝺ proxi. c. Itē vera sunt ꝓdicta nisi testis vice prima dixisset se non recordari vel nescire vel qd simile non assertinū, tūc. n. poterit ẽt ex internallo corrigere hoc dictū dicēdo se scire vel recordari in qbusdā casibus q̄uis hoc non passim recipiať, ꝙ qñ sit demostrabiť. J. hoc ipso li. xij. ⁊ nono. ¶ Ludouicus. ¶ Idē sentit dñs Jo. de imo. in. l. q bona. § siqs stipulatus. de dā. infec. ¶ Bar. ¶ Extra de testi. c. cū cām. que inter archiepm ꝓprie tñ loquēdo mihi vr hanc non esse correctionē ꝺ noui dicti additionē, arg. ff. q sarisd. cog. l. iul. in gl. no. ⁊ extra de ꝓcess. prebē. c. cū nostras. Itē vera sunt oia. ꝺ dicta vbi testis suo motu vel ad partis instantiam reuerti vult ad corrigendū eius dictum,
5 ⁊ ita intelliguntť iura superius alleg. index aūt ✠ pōt qñcūq; vult testē repetere, vt dictū suum obscurum declaret vel interpreteť vel rōnē dicti sui reddat. qm̄ in eo cessat suboznationis timor. vt extra de testi. c. cū clamor. ⁊ ibi ꝙ gl. ⁊ doc. ⁊ eo tit. per tuas. ⁊ not. gl. in. d. § qr vero in gl. magna ante mediū. ⁊ facit. ff. de qō. l. repeti. in prin. vbi ego ipse notani. facit ẽt gl. notabilis. xxx. qō. vi. c. de parentela. dicendo ꝙ publicatio attestationuz iudicem nō ligat in eo ꝙ ex officio facit, que sic quotidie allegať, ⁊ ego idē tenui in meo consil. xcix. quod incipit. Ego Bar. de saxoferrato q̄q; hoc ipsum quoq; ꝑm quosdaz locū habeat vbi testis est adeo obscurus ꝙ nullus ḥz intellectum, sed si posset variis modis intelligi, tunc index non deberet testem repetere, sed eius dictum interpretari ꝑm consuetudinez si potest alias in partem benigniorē ⁊ his cessantibus stari debere verborum significationi oibusq; deficientibus deberet dictum testis ꝺ producentez interpretari. p. c. in presentia. extra de proba ⁊ refert Jnno. extra de testi. c. cuz
6 clamor. in gl. vltima. in. fi. ꝙ est quotidianus. Hosti. vero placet, qr ✠ quelibet obscuritas testis pōt per hanc viam declarari iudicis officio ad veritatem habendā, ⁊ si verba haberent ex quasi consuetudine loquendi certam interpretationē cui consuetudini standū esset si repetitio hec nō fieret, vt no. extra de spon. c. ex literis. ff. de fun. instruc. l. cuz delationis. § asinā. ⁊. ff. de suppel. leg. l. labeo. cū cōcor. q̄nis non sic fieri possit ad partis postulationē vt dictū est, ⁊ hoc cōi iudicio est verū. ¶ Ludo. ¶ Jo. de ligna. ⁊ Jo. de imo. idem sequuntur ⁊ communiter omnes. ¶ Barto.

Tractabā quoq; videns materiaz hanc ꝙ qua parte dictū testis dubiū sit interpretandū in. l. inter stipulantē. § si stichus. ff. de ver. obgli. vbi de hoc satis late ⁊c. Plus quoq; dicimus ꝙ interdū index cogiť ad ꝓis postulationez testē repetere ⁊ vz eius aditio vel declaratio ex internallo facta non obstante suboznationis timore q̄nis correctio nō valeat. Finge. n. iudicē non examinasse testē super oibus articulis si quez omisisset ob eius negligētiaz vel malitiaz que in dubio presumēda ē, vt no. Spe. in ti. de test. in. § nunc videndū ꝑpe fi. Item finge iudicē non interrogasse testē de causa scientie vel alio substantiali, vt qr in petitione fit mētio de prescriptione tali in qua necessarius titulus ꝙ qñ sit habeť in. l. fi. C. de ꝓscrip. lōgi tēp. ⁊ in. c. j. de prescrip. li. vj. ⁊ ñ index interrogauit testē dūtaxat de possessione non aūt de titu. certe bis oibus casibus ⁊ similibus index poterit ⁊ debebit ẽt ex internallo ⁊ ẽt post publicatas attestationes testē repetere ad partis instantiaz, ⁊ super omisso interrogare ⁊ stabitur dicto testis, vt ꝓbatur extra de testi. c. ꝓ tuas. ⁊ ibi habeť hoc expresse ꝑ Jnno. ⁊ facit ꝙ ipse no. eo. ti. c. fraternitatis.
¶ Neq; admiremini de eo ꝙ dixi qđ reperatur si omissa est interrogatio sup causa scientie, qr quamuis valeat ✠ dictum testis sine causa scientie si de eo non interrogatur, vt no. gl. extra de testi. c. cū causam. ñ bene poterit aduersarius cōtra quem testis deposuit sine causa petere ꝙ reperatur ⁊ de ea interrogatur ⁊ alias in effectu ius suum non lederetur si repetitio hec non fieret, arg.
7 preallc.

prealleg a.c.per tuas. ¶ Ludouicus. ¶ Joan. de imol. ibidem expresse firmat.

Et attende quare verū est q̄ dixi de testis repetitione fiēda p̄ iudicē ad partis instātiaz vbi obscuritas vel defectus dicti testis ꝓcessit ex culpa iudicis vt dictū est. si. n. ob culpā partis obscuritas pueniſſet fortasse q̄ obscurum fecit articulū, tūc index testē nō repeteret, vt subtilr̄ ēt Jnn. no. in. d. c. p̄ tuas. facit p̄ hoc tex. in. l. veluti. ff. de edē. q̄ mēti tenēdū est z hoc vbi in eadē instātia testis repetīt z sup eodē fctō. In alijs aūt casibus multoties testes repetunt, vt plene hr̄ extra de test. c. fraternitatis per Jnn. z Jo. an. z ego discutiebam. C. de prob. auc. at qui semel. ¶ Ludo. ¶ Tu Balde notabas ibidē, z. d. Ant. de bu. z Jo. ō imo. in. d. c. p̄ tuas. ¶ Bar. ¶ Illa vero omittamus q̄m nihil oino ad hāc rē. Tractādū restat an hic
8 testis licite† corrigens eius dictuz puniatur de falso vel vario, z quidem clare dicimus q̄ nō, vt egomet sensi in prealle. l. eos facit q̄ q̄ iure fit non meretur penam. de adul. l. gracchus. nec vr̄ dixisse q̄ statim dictum suum remouet. ar. ff. de solu. l. qui sic. ff. de man. test. l. stichus. immo pamphilus, nisi forte testis ex interuallo in tormētis corrigeret z in eius dicto perseueraret, vt diximus supra precedenti capi.

SVMMARIVM

1 Testis vbi deponit prima vice per verbum credo, altera per assertiuum verbum veritatis, secundo dicto statur.
Credere possum hodie vnum, aliud cras.
2 Dicto testis dicentis se credere an standum.
Testis debet deponere per sensum corporeum.
3 Credulitas ex factis narratis pertinet ad iudicem.
4 Narratio testis perfecta, validat dictum testis imperfectum.
5 Litis contestatio est valida per verbum credo.
6 Pars respondens contraria per verbum credo super facto prio an sit puniēda de periurio.
Dolus presumitur ratione peritie in eo qui abutitur peritia sua.

¶ Capitulum quintū qui in eadē instantia deponit vna vice per verbū credo, alia per verbum assertiuum, z sic in contrarium.

1 **Arabam** deide stari scō dicto vbi testis †deponit prima vice p̄ verbum credo, altera p̄ verbū veritatis assertiuū, probat̄ hoc dcm̄ p̄ gl. or. Accur. ab oibus approbatā in. l. tutela. C. de in inte. resti. in. ij. lec. q̄ dicit q̄ possum credere hodie vnuz z aliud cras. facit. l. peregre. in prin. ff. de acqui. pos. C. de vet. iu. enu. l. ij. ¶. si qs aūt. z tenuit hoc expresse Ja. de are. C. de iur. cal. l. ij. ¶. q̄ obseruari. ¶ Lud. ¶ Tu Balde idē tenebas z approbabas. x. col. de notis feu. c. i. ¶. notandum. ¶ Bar. ¶ Intelligē tñ hoc verū q̄ testi licitū est dcm̄ suū corrigere vel iudici licitū est hūc testē examinare, q̄ q̄ñ sit satis. s. prox. c. nos demōstraūimus. Jtē intelligatis vbi cām noue credulitatis allegat, alias forte nō staret eius. d. ar. eius qō in sili ego ipse de correctiōe notabaz. ff. de fal. l. eos in tertio q̄rio, q̄ ēt nup̄ retulimus. z q̄ alias diceret vacillans nec staret eius dicto, q̄ falsitatē admiscere nō dz, vt i. q. ix. c. testes. z. c. pura. q̄ tñ ipsuz locū bz vbi eo tpe vnū dicit se credere, deinde aliud diuersum eēt ſz diuersis tpibus, q̄ tūc cessat rō vacillationis, cū hodie recte credere vnū possumus deinde aliud inde ad aliquos dies menses vel annos melius rememoratus z informatus vt dcm̄ est. Jtē intelligatis verum preterq̄ in casibus in q̄bus stat̄ testi deponēti p̄ credulitatez, tūc. n. nō staret nec p̄io neq̄ ſo, sicq̄ nō excipereē casus iste a gñali regula. s. posita vt ex his q̄ nūc dicā apparebit. Jgitur p̄ huius de-
2 mōstratione q̄rimus† an stādū sit dicto testis dicētis se credere, z qdē est dcz q̄ nō stat̄ ſm oēs scribētes, vt no. spe. in ti. de te. ¶. ver. itē qō deposuit de credulitate. Ja. de are. z Cy. C. ō test. l. de testi. c. testis. dicit aliqua vera esse quare sic credit. ¶ Ludo. ¶ Tu Bal. idē notabas in. d. l. testium. z. d. Anto. de bu. pulchrius omnibus in. c. quoties. de testi. ¶ Bar.

Huius rōnē pulchrā assignaui in. d. meo. c. dixi enim q̄ vbi testis ōponit p̄ verbū credo magis indicat q̄ñ testificet, z recte q̄ñ testis dz deponere p̄ sensuz corporeum. ff. ō te. l. q testō. in fi. C. de test. l. solā. z. l. testiū. Credulitas vero ex fctis
3 narratis† ptinet ad iudicē vt in q̄sti casu ego ēt q̄siderabā. C. de vsu. l. i. notetis quoq̄ q̄ in tñ nō vz dcm̄ testis deponētis p̄ credulitatē q̄ nō posset ꝺ p̄ statutū vel p̄ q̄suetudinez induci q̄ hmōi dcō fides det, vt no. elegāter Host. in. c. i. extra de ap. ¶ Lud. ¶ Bñs Ant. de bu. ibidē seq̄ndo refert. Egoq̄ allegabā z vale de singulare esse dicebā. ¶ Bar. ¶ Est tñ hic diligēter aduertēdū q̄m totū hoc bz locū nisi forte testis p̄ credulitatē sensui p̄ri mam z q̄iunctā deponat, vt no. inquit Cy. in. l. testiū vel cām sufficientē hmōi depositioni annectat, vt ego ipse notaui in prealle. c. testis. dixi ēt. ff. de qō. l. de minore. ¶. tormēta. in. v. q. prin. iuxta prin. in meo cōmento bis. n. casibus sufficiēs est tale dcm̄ vt dictis locis. z p̄bat̄ hodie q̄† rō testis perfecta validat dcm̄ testis
4 imperfectū ar. ff. de le. i. l. si seruus. ¶. q̄ñq̄ sicut econtrario ratio imperfecta dcm̄ testis perfectū invalidat, vt ego notanter in sili casu scripsi. ff. de test. l. si is qui testamentum. ¶ Ludouicus.

Tu Balde idem sequebaris in eo. ti. l. si is q. z C. de epi. z cle. l. cōuenticulā. vbi de hoc plene. facit ēt gl. no. ff. de fonte. l. i. ¶. hoc interdictum dicēs q̄ rō restringit dictū. z gl. ff. de exce. do. l. bi. ¶. circa. dicēs causam nō videri redditā si nō est sufficiens vel iusta. itē hz locū q̄ dixi nō stari dicto testis deponentis per credulitatē nisi testes sup his q̄ in ipsoz artis peritia q̄sistunt testimoniū dicāt, q̄ hoc casu eēt valida eoz depositio. vt. l. i. in prin. vbi ego notaui. ff. de ven. inspi. q̄ñ nis rectius loq̄ndo hi nō vt testes. ſz vt indices ad illū cāe articulū assumant, vt ego ipe dixi i p̄dicto. c. testis. dixi aliq̄ vera, q̄ credidit z hinc ē q̄ p̄ credulitatē deponūt. nā ita facit index q̄ p̄ verbum vr̄ q̄ñq̄ sniam fert nec propterea redditur incerta. ff. de arb. l. q̄ tñ. ¶. si arbiter. facit. ff. de rei ven. l. i. ¶. i. ff. de lib. cau. l. diui. ¶. i. Jtem tertio predicta de credulitatis testimonio vera sunt in casibus in quibus dictum directo pōt probari, in alijs autem in quibus hoc fieri non potest vt est filiatio adulteriuz z huiusmodi necesse est z sufficit per credulitatē deponere, vt no. ego scripsi z ibi ēt Accur. tangit in sua glo. in. l. ij. ¶. idem labeo ait. cum qua re.
5 de aqua plu. ar. Rursum quoq̄ hec ipsa omnia vera sunt in teste aliud in parte super facto proprio deponente q̄† per verbuz credo valida est litis ꝓtestatio vt est casus qui nō est alibi ſm Host. in. c. cum ad sedē. de resti. spo. cuius ꝓtium vr̄ velle gl. in. l. i. C. ō lit. contest. quod tñ qualiter procedat ibi declarauī. Jtez per verbum credo inducitur confessio valida z rñsio positionibus sicut per verbum assertiuum, vt est glo. not. extra de iureiuran. c. ex literis. z plene no. Specu. in titu. de positi. ¶. vi. versicu. quid si interrogatus. Supereſt vt videamus an hic testis puniatur ō falso in casu isto vbi prima vice per verbum credo, secunda per verbum assertiuum deponit, ad quod dicendum clare quod non, q̄ in primo dicto nil affirmauit, vnde veritas in eo vel contradictio non cadit. argu. de inoffic. testa. l. nam z si sub conditione. ¶. rum pendo. z q̄ mutatur hominis memoria, vt dicit text. cum gl. ff. de dam. infe. l. qui bona. z in. l. si quis stipulatus. z fieri pōt q̄ in initio vnum credit postea aliud scire incipiat melius remomorādo l. ij. circa princip. ff. quis ord. in bo. pos. ser. in ver. idem. z in contrarium z. ff. ad car. l. iij. ¶. oue cause. ver. sed finge ibi mutare consilium, hoc autem verum dz intelligi his casibus exceptis quibus statur dicto testis deponentis de credulitate quos proxime declarauī, tunc enim cum vtrunq̄ dictum separatim concludit certe alteri dicto ctrario coniunctim testis inuenitur falsarius iōq̄ puniendus. ff. de fal. l. eos. ff. de test. l. qui falsa vel varia cum sim.
6 qua ratione † idē puto etiam in parte respondente super facto, p prio ctraria per verbuz credo quod puniēda sit de periurio argumento. C. de non nume. pecu. l. generaliter. in fin. ff. de probat. l. cum de indebito. ad finem.
¶ Tu Balde idem recensebas in tua repetitione. C. qui accus. non pos. l. data opera vbi inquis quo bi qui testificātur super peritia artis sue per verbum credo, z contraria deponunt puniendi sunt de falso, quoniam ratione peritie dolus presumitur in eo qui abutitur peritia sua. argu. C. de mune. patri. l. professio. z. ff. q̄ quisq̄ iur. l. ij. z q̄ non presumitur quis credere quod credere nō dz z qō communiter homines illius artis non credunt ratione aliqua vel coniectura fulcitur argumen. ff. de acqui. here. l. cum quidem. ¶. quod dicitur. z. ff. de adulte. l. miles. ¶. pe.
¶ Bar. ¶ Probe narrasti, sed hec ipsa omnia vera sunt, nisi testis corrigendo primum dictum assereret contrarium qō quādo liceat supra proximo cap. extitit declaratum, ideoq̄ satis est hoc expeditum.

SVMMARIVM

1 Testis semel deponens per verbum mihi vr̄, postmodum sibi cō tradixerit per verbum veritatis assertiuum, cui dicto standū.
Et an puniatur de falso. 2.

3 Verbum videtur mihi coniunctum sensui probat.
Verbum vr est sufficiens ratio in teste ad ea que consistũt in memoria vel intellectu.

¶ Capitulum sextum qui in eadẽ instantia vnum deponit p verbum mihi videtur deinde contrarium per verba assertiua.

1 s **Equentem in** ordine exceptionẽ dicebamus vbi testis †semel deponit per verbũ mihi vr postmodũ vero sibi ꝺicit p verbũ veritatis assertiuũ, tũc. n. dixi ſtãduz ſcõ dicto ꝙuis ꝺzio probaꝫ hec ſnia per tex. cũ gl. ff. de dã. infe. l. qui bona. §. ſi qs ſtipulaturus. ꝛ. ff. ad car. l. iij. §. due cãe. verſi. finge. vbi apparet ꝙ poteſt mihi videri mõ vnum dictuz deinde aliud dictũ probaꝫ et ex his q̃ nũc diximus de teſte qui prima vice ꝺpoſuit p credulitatẽ, ſcõ p certitudinẽ, ſicut. n. teſtimoniũ p credulitatẽ non vz, qz in. l. certuz. teſtis ſuper facto affirmat ſed potius indicat, vt dictum eſt ſic nec hmõi teſtimonium per verbum mihi vr, vt ego ipſe notabam in. l. iij. in prin. ff. de vent. inſpi. ꝛ in li. de teſti. c. teſtis. ſup aliquo depoſuit ꝙ ſibi vr ꝛc. Sed ſubdẽdũ eſt
2 †an hic puniatur de falſo, ꝛ ſane arbitroz minime puniendum eo dem aſſumpto ar. quo idẽ dixi in teſtimonio credulitatis, cũqz vt maiozes nr̃i dixerunt equiparantur hec duo teſtimoniũ. ſ. credulitatis ꝛ teſtimoniũ per verbũ videri, idcirco q̃ diximus in illo p oĩa repetimus in iſto vt his qdẽ caſibus quibus nõ credit dicto teſtis deponentis per verbum videri ſtetur ſcõ dicto aſſertiuo quãuis ꝫzio nec teſtis puniatur, vbi autem tali teſtimonio credit̃ neutri ex dictis contraꝛ ijs ſtetur, ꝛ teſtis de falſo puniatur, ſicqz caſus iſte a generali regula. ſ. dicta primo loco de teſtibus variãtibus in eadem cauſa non excipiatur, q̃n aũt ſit hoc qõ validum ſit teſtimonium per verbum videri ꝛ quibus caſibus liquet ẽt ex dictis. ſ. in teſtimonio credulitatis que oĩa ad hunc effectum re-
3 feratis, vnum notetis †qõ ſi tale dictum ſenſui ſit coniunctum, vt ſi quis dicat vidi talem poſſidere ꝛ vr̃ mihi qõ ſint. x. anni, vel vidi vnum hominem ꝛ vr̃ mihi quod fuerit Titius bonum eſt hu iuſmodi teſtimonium vt notabiliter ego dicebam in. d. c. teſtis ſuper aliquo depoſuit ꝙ ſibi videtur ꝛc. facit quod no. in. l. teſtiuz. C. de teſtib. Notetis quoqz quod verbum videtur eſt ſufficiens ratio in teſte ad ea que conſiſtunt in memoria vel in intellectu vt ego ipſe pulchre notabam in conſilio meo qõ incipit, in queſtiõe vertente inter dñm Symeonem in ordine trigeſimumnonum, qõ eſt quotidianum.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Teſtis deponens prima vice dubitando, ſecunda affirmando, ſecundo dicto ſtatur.
2 Argumentum ſumptum a minozi ad maius eſt optimum.
Dubitans pro ignozante habetur.
3 Dubia probatio non eſt probatio.

¶ Capitulum ſeptimum de teſte qui in eadez inſtantia vna vice dubitando alia affirmando variat.

95 minum † testificari potest nisi aliud suadeat qualitas personaruz vt ꝑ Sicu. ꝛ Fely. in. c. insup de testi. ꝑ gl. in. c. de forma. xxij. q. v. ꝛ Spe. tit. de testi. §. j. ver. sed nunquid vassallus ꝛ Sicu. in. c. accedens. ij. vt lite non contest. ꝛ Bal. in. c. ego. N. de iureiurã. Venditor in causa emptoris potest esse testis quando non tenet de euictione quod quando sit, vide per gl. ꝛ Bart. in. l. aristo. ff. de dona. ꝛ Jo. an. tit. de teste. §. j. ver. sed pone mutuum, de hoc per Ant. Jmo. ꝛ Spe. Fely. in. c. insup de test. gl. ꝛ Archi. in. §. si testes. ver. nullus idoneus. iiij. q. iij. ꝛ Cy. Jac. de are. ac' Salli. in. l. ojbus. C. de testi. ꝛ Spe. ꝛ Jo. an. in tit. de testi. §. j. versic. quid de venditore. ꝛ Bal. in. c. j. §. si duo de pa. te. in vsi. feudo. ꝛ Bar. in. l. ab executore. §. alio. ff. de appella. nec ob. affectio quaz verisimiliter habent in sustentatione venditionis propter quã pro xeneta repellitur. c. j. ꝛ ibi gl. ꝛ doc. de test. lib. vj. dixi. s̃. in ver. mediator quoniam illud est ex eo quod communiter sunt viles pone ꝛ aliqua lucra sectant ex validitate contractus videmus. n. quod in multis casibus sola presumptio affectionis non repellit secundum Sicu. per tex. in alleg. c. insuper. sed oportet qó sit magna affectio. arg. c. fi. de testi. lib. vi. Et que dicuntur de venditore extenduntur ad donatorem secundum Sic. in alleg. c. insuper quem ibidem sequitur Felyn. cui dicit addendus qó dicit Jo. an. in. d. ver. sed pone mutuum, ꝛ ꝑm istud crederem limitandum q̃ scripsi supra. in ver. donator. Ego tamen dicerem cum Sicul. in prealleg. c. insuper. qó ibi non tenetur de euictione si fides adhibeat venditori atq̃ donatori attenta qualitate persone ꝛ cause argu. c. litetis. eo. tit. ꝛ sic vbi nullum habent interesse sit arbitrariũ quanta fides eis adhibẽda. arg. in capitulo ꝛ si questiones, ꝛ scripsi supra in ver. Sedens. ¶ †Vir non potest testificari ꝑ vxore
96 quia sunt domestici. arg. ff. si quis cautio. sed ꝛ si. §. preterea. ff. de inde. l. inter. de quo in. q. capelle. iij. vide per Spec. titu. de test. §. j. versi. sed quid de vxore, ꝛ viro, ꝛ que scripsi. s̃. in versic. testis non ꝑt esse vxor. ¶ Vir nubens in mulierẽ a testimonio repelli tur. vt scripsi. s̃. in versicu. mulier que nubit in virum. ¶ Vniuersitatis singuli an admittantur in testes in causa vniuersitatis, vide .s̃. in versi. testes an possint esse singuli de vniuersitate. ¶ Usurarius manifestus a testimonio repellitur. Bal. in. l. j. vij. q. C. ó testamen. no. in. c. q̃q̃ de vsuris. lib. vj. vide. s̃. in ver. fenus improbum. ¶ Vxores duas habens eodem tempore repellitur a testimonio, vt scripsi. s̃. in ver. Nuptias binas. ¶ Vxor regulariter testis esse non potest in causa viri sui, sicut scripsi supra in versicul. testis non potest esse vxor.

FINIS

Tractatus de testibus Ja. co. Butriga.

SVMMARIVM

1 Testes qui, quomodo, ꝛ quare reijciantur, ꝛ per totum.
2 In vno qui deliquit, omnium factus est reus.
3 Testibus contraria dicentibus index debet verisimilia videre.
4 Persone que non coguntur inter se ferre testimoniuꝫ.
5 Pater ꝛ filius, nec volentes, nec inuiti possunt ferre inter se testimonium. Distingue vt ibi. ꝛ nu. 6.
7 In hermaphrodito inspicitur sexus in quo magis incalescat.
8 Omnes q reprehensibiles ꝛ notate oppositionis, ac obscure fame censentur, generaliter non sunt in numero testium.
9 Lite non ꝙtestata non valet testificatio nec testes sunt recipiendi.
10 Asserenti se pregnantem ad hoc vt mittatur in possessionem bonorum defuncti, non creditur.
11 Uni de collegio ferenti testimonium pro collegio an ei credatur.
12 Testi quantomagis in dignitate est, tanto magis ei creditur.
13 Nobili magis q̃ plebeio creditur, ꝛ honeste persone magis quaz inhoneste, ꝛ magis diuiti q̃ pauperi.
14 Dicenti qó nature negotij conuenit, magis creditur q̃ alij.
15 Testium numerus vbicunq̃ certus nõ adijciatur, duo sufficiunt, quia personalis elocutio duorum testium numero contenta esse solet ꝛ nume. sequen.
16 Casibus in quibus tres testes requiruntur.
17 Testm̃ inter liberos valet qualitercunq̃ confectum sit.
18 Casus in quibus. vij. testes, vel plures requiruntur.
19 Casus in quibus testes debent rogari.
20 Testes quomodo interrogari debeant.
21 Forma quedaz circa testes de officio iudicis circa qualdã. qq. ad ipsos pertinentes.
22 Testificata qui didicit non potest de cetero testes ꝑducere.
23 Dictiones tres ꝛ quarta dantur de cõsuetudine generali, que est optima legum interpres.
24 Testis obscure deponens, an possit id declarare.
25 Testis sinodalis si errat, potest se corrigere incontinenti.
26 Index potest ex officio compellere testes venire ꝛ deponere.
27 Nec vltra. xv. dies ipsos detinere debet.
28 Testium ineffrenatam multitudinem non debet pati index ꝓduci, nec examinari.
29 Testes ꝓduci non possunt lite non contestata nisi in casibus vt ibi nota.
30 Mulier an testis esse possit.
31 Protestatio facienda post renuntiationem productioni testium factam.
32 Onus probationis habet ꝛ priuilegium qui prior appellat.

33 Testes

33 Testes producens vtrum teneatur dicere super quo eos ꝓducit.
34 Testium numerum ꝛ nomina an quis cogatur dicere.
35 Testes debēt agnosci ab illo contra quem ꝓducuntur.
36 Testibus quomodo fiant exceptiones.
37 Opponens quem non posse esse testem, ꝛ volens incontinenti id probare, probatio est recipienda.
38 Testes quid si dubitent vel vacillent.
39 Inter variantem ꝛ ꝑfectum differentia.
40 Teste dicente nescire diem vel horam, an eius dictum valeat.
41 Interrogationum copia an dari debeat parti contra quam testes producuntur.
42 Teste dicente verbum ambiguum vel obscurum ad postulationes alicuius quid.
43 Testis si iurauit ante datum libellum quid.
44 Testis si erat testabilis tempore iuramenti, ꝛ tempore depositionis eius intestabilis quid.
45 Testium dicta an aperiri debeant parte absente.
46 Quid si non reperiuntur interrogari testes de omnibus interrogationibus approbatis.
47 Quid si requisiuit testes pars infra tempus, vt testificarentur, ꝛ ideo forte succubuit, ꝙ nō testificati fuerunt.
48 Quid si mortui sint testes in predictis casibus.
49 Testificata ꝛ testificanda quomodo differant.
50 Pars post q̄s didicit testificata, an possit testes inducere ad reprobandum.
51 Interrogationes post publicationem testium, an possint fieri testibus partis aduerse per quas aliquid probetur.
52 Renunciatione facta testium productioni an e didicita testificata, vtrum ea non obstante possint testes produci.
53 Teste vel precone negante se dixisse ita pront dicit notarius in publicatione, vel citatione cuius dicto stetur.
54 In testium contrarietate quid tenendum.
55 Quid si in instrumento sunt tot testes ꝙ sine teste illo qui ei cōtra dicit sufficiant, an talis contradictio obstet.
56 Index si potest contrarietatem testium concordet.
57 Testes si sunt pares in numero et dignitate fertur sentēcia ꝓ reo.
58 Testes si contradicant instrumento, quid.
59 Tabellio equipollet vel maior sit vno teste.
60 Testis de collegio, vtrum possit pro collegio testificari.
61 Quid in testibus deponentibus de maleficio cōmisso in domo, ꝛ decentibus illud cōmissum ante domum.
62 Teste deponente vidisse quem possidere, quid si nesciat quid sit possessio.
63 Duobus affirmatiuam, plus creditur q̄ decem negatiuam proponentibus.
64 Testes producti super vno capitulo an debeant interrogari super alio.
65 Quid si pono ꝙ testes falsum deposuerunt pecunia corrupti, an sufficiat alterum probare.
66 Instantia perempta, an dicta testium sint perempta.
67 Testis si aliquid adijciat suo testimonio, an totum suum dictum corrumpatur.

2

Circa materiam testium, †dic ꝙ quidam reijciuntur ipso iure, quidam officio iudicis. ipso iure, vt pupillus ꝛ seruus, ea ratione, qꝛ testari non possunt, vt C. de testamē. l. hac consultissima. in princip. ff. de testamen. l. testium §. lege. officio iudicis, dic, ꝙ quibusdam causis repellit, quis a testatione, que infra subijciuntur. In primis, si de eo multa mala dicantur in auct. de testib. §. quarta. Secundo, qꝛ non est bone opinionis, ꝛ fame, vt. s. dicto §. quarta, ꝛ ff. ad leg. iul. sed cum testamento. Tertio qꝛ pauper, vt. d. §. quarta. ff. de suspe. tuto. idem in
2 tutore. Quarto quum in alijs sit malus, ergo in hoc, †qꝛ cū in vno deliquit, omnium factus est reus, vt. ff. de lega. j. l. etiam. de libe. ꝛ posth. l. in suis. ꝛ ad sillan. l. si quis in grani §. si quis. Quinto quū reus fuerit, ergo adhuc presumitur, vt. C. ad leg. iul. maiest. l. si qs. ꝛ de proba. l. sine. Sexto quia non seruat leges que tribuit ius suū petentibus, ergo non debet legis auxilium ꝛc. vt. ff. de mino. l. auxilium. ō agrico. ꝛ censi. l. questiones. Septimo, quia huius rei est ignarus, ergo verberibus est subdendus, vt in auctenti. de testib. §. quarta. Octauo quia infam. s, vt. ff. de accusa. l. qui accusare. ꝛ de testib. l. testium. in princip. Decimo quia non habet in bonis cē tum aureos. ff. de accusa. l. non nullus. Undecimo qui suspitionem habet maximam, cum sit violentus. ff. de accusato. l. alij. Duodecimo, quia varia dixerint, ꝛ tales puniendi sunt. ff. de testib. l. qui falsa. Tertiodecimo, qui malum testimonium in eum tulit. ff. de testi. l. produci. Quartodecimo qui minor est. xiiij. annis vt. ff. de testi. l. in testimonium. ꝛ de dinor. l. nullum. ꝛ habet hoc locum in ciuilibus vt. iiij. q. iij. c. j. In criminalibus autem minor. xx. ann. vt. iiij. q. ij §. Item in criminali. ꝛ C. de testibus. Sextodecimo, qꝛ ea que dixit non conueniunt nature, vt. ff. de testib. l. ob carmen. Decimo septimo qꝛ duo contraria sibi dixit, vt. ff. de testib. l. vbi duo. ꝛ C. de fide instrumen. l. scripture. ꝛ de testi. l. repugnātia. Sed in hoc ca
3 su† vbi contraria dicunt non sunt admittendi, sed iudex debet veri similia videre, vt. s. dicta. l. ob carmen. in fin. Decimooctauo quia non reddit causam sui testimonij siue dicti. ff. de lib. can. l. si ipse. §. ij. C. de fide instru. l. si ree. ff. de transactio. l. cum hi. extra de testib. capi. causam. Decimonono si de prolixo testimonium ferat, vt nō presumatur, ꝙ recordetur. ff. de carbo. edic. l. iij. §. finge. alibi de tē pore dicit lex. nam non potest omnium teneri memoria, vt. ff. ō probatio. l. si arbiter. C. qui testamen. face. pos. l. hac cōsultissima. Vigesimo, si testes vacillant. ff. de probatio. l. in testibus. Vigesimoprimo si est inimicus, vt. ff. de probationi. l. testium in princip. Vigesimosecundo si in testibus sit suspitio, vt. ff. de testib. l. testium. in prin. Vigesimotertio si testes vnum ꝛ eundem meditatum sermonem attulerint, vt. ff. de probatio. l. testimonij. in princip. Qui dam natus est in publico iudicio, ꝛ non fuit testimonius. Qui in vinculis custodia publica detinetur. Qui cum bestijs pugnant. Qui se locauerat ad pugnandum, que palam questum faciunt, ꝛ quidaꝫ p
4 pter reuerentiam, vt. ff. de testib. l. testium. §. lege iulia. † Quedam sunt persone que non coguntur ferre inter se testimonium, vꝫ gener, socer, filius soceri, vitricus, priuignus, sobrinus, sobrina, ex sobrina natus, ꝛ omnes qui in primo gradu sunt patronus, patrona, vxor patroni, patrone meritus, liberti, ꝛ eorum filij. Sponsus etiam generi appellatione continetur, vt. ff. de testib. l. lege iul. cum l. sequen. Quibus imperari potest, qui sint not. ff. de testib. l. idonei qui sunt ferri, in casu tamen eis creditur. ff. de testi. l. ferri. qui sunt
5 domestici, vt. C. de testi. l. etiam. † Pater ꝛ filius, nec volētes, nec inuiti inter se possunt ferre testimoniū, vt. C. de testi. l. parentes. ff. eo. titu. l. testis. extra eo. titu. super eo. ij. preterq̄s in duobus casibus qui ibi dicuntur, vꝫ in causa consanguinitatis, ꝛ matrimonij. Super ista materia distingue, quia aut parentes testificantur super etate filij in causa inter eos, ꝛ tunc non admittuntur, cum sit ipsorum parentum copia, vt. C. de testib. l. omnibus. propria autem intelligitur ex qua commodum ꝛ incommodum ad eos spectat, vt ff. quan. appellan. sit. l. secunda. §. in propria. aut testificatur super etate filij in commodum filij, aut ipsorum qui testificantur, ꝛ tunc non admittuntur, vt. l. parentes. C. de testibus nisi quo ad qualem qualem presumptionem inducendam secundum glo. d. l. etiam. ff.
6 de probationi. ¶ †Fallit hec regula in patre testificāte pro filio emancipato secundum Benedic. de germa. ꝛ quosdam Moder. ¶ Item fallit vbi testimonium redditur in casterensi vel quasi, vt ff. de testib. l. qui testamento. §. pater. ꝛ hoc idem tenet Odof. aut parentes testificantur super etate filij in causa prorsus aliena ꝛ tūc admittuntur, ꝛ valet eorum testimonium, ꝛ sic intelliguntur pro prima parte modo superius allegata. ¶ Sed an frater admittatur in testem pro fratre, vel contra fratrem glosſ. dicit ꝙ sic. C. de testib. l. parentes. qui in re propria testificantur, vt. C. de testib. l. omnibus. ff. de testib. l. nullus. qui est adulterij crimine damnatus. ff. ō
7 testibus. l. scio. qui est crimine repetundarum damnatus. † In hermaphrodito inspicitur sexus in quo magis incalescat, vt. ff. de test. l. repetundarum. qui falla vel varia, vel qui eorum dicta partibus referunt, non solum istis non creditur, sed puniendi sunt, vt. ff. de testibus. l. qui falso. qui ob crimen famosum damnatus est, nec testis esse potest, nec testimonium dicitur, vt. ff. de testibus ob carmen. Qui indicaturus est super aliqua re, vel qui nouit. ¶ Item patroni causarum, ꝛ executores, vt. ff. de testibus. l. ob carmen §. illud, ꝛ l. fina. ¶ Item dicto vnius testis, vt. C. de testibus. l. iuri iurandi. in fin. Qui ob exercitu ignominie causa remittitur. ff. de infami. l. quod ait. Qui artis ludicre in scenam prodierit. ff. de infamibus. l. athletas. Qui lenocinium fecerit. ff. de infamib. l. athletas. §. primo. Qui preuaricationis causa damnatus est. ff. eodem. l. prima. Qui vsuras exercuit. C. eodem. l. qui improbum. C. de infamio. l. improbum. Qui furti, vt bonorum raptorum, iniuriarum dolomalo dānatus est pactus. ff. de infam. l. j. C. de infa. l. ij. qui eā vxorē duxit, que intra annū lugere vir̄ noluit. C. de infa. l. decret. q̄uis hodie casus iste nō ꝓcedat de iure cano. Qui binas vxores

eodem tempore, vel bina sponsalia eodem tempore suo nomine ꝛ
xit. ff. eo. l. j. Qui passus est eum filium quem habebat in potestate eam ducere, que nubit infra tempus luctus. ff. de infami. l. j. qui cō victus fuerit hereditatem expilasse. C. eo. l. si te. qui in testamento patris increpatus est. C. eo. l. ea que, qui per patrem fustibus fuerit cesus. C. eo. l. fustibus. qui improbus ⁊ intestabilis appellat. C. eo. l. vltim penitus. qui spernit a sacrosancta eccle. C. de here. l. hi qui. qui pupillam vel adultam filio copulauerit. C. de int. ma. l. j. q hereticorum vocabulo continetur, vt in auctē. gazaros. qui pro locio, tutele, mandati, depositi suo nomie damnati fuerint. ff. eo. l. i. q incestas nuptias contraxit. ff. eod. l. quid ergo. Qui deserto sacramento venit ad secunda vota, in aucten. eisdem penis. C. de secun. nup. que mulier nupsit in virum ⁊ quando vir nupsit in mulierem. ff. ad. l. iul. de adul. l. cum vir. C. de adul. l. cum vir. Qui falsaꝫ monetam cudunt, ⁊ qui monetam adulterinam scienter expendunt, q falsum testimonium dedit. ff. de testib. l. producti testes, qui prohibetur sua bona administrare, qui mutus surdus fuerit, qui furiosus mentecaptus prodigus approbatur, qui periturus est quoquomodo repellitur a testimonio, etiam si non sit infamis, quia semp presumitur deierare. ff. de accusa. l. si cui. §. eisdem. de senato. l. cassius. C. de transa. l. si quis maior. ⁊ not. ff. de infami. l. lucius. † ⁊ generaliter omnes qui reprehensibilis ⁊ notate oppositionis ⁊ obscure fame censentur, non sunt in numero testium. Si testes iurauerunt absente parte contra quam producuntur, extra de testi. c. in nomine domini. C. de testi. l. si quando. Si testes solenniter non iurauerunt. xxxv. q. vj. de parentela. extra de testi. c. causam. C. ō testi. l. iurisiurandi. Si pars testificata didicerit ante apertionez. extra de testi. c. constitutus. ⁊ in aucten. de testi. §. quia vero. Si obscure deposuit ⁊ non declaranit, extra de testi. c. cum clamor. ⁊ de testi. cogen. c. penul. ff. de verbo. significa. l. in conuentionalib⁹.

9 Si non fuit †lis contestata, non valet testificatio, nec testes sunt recipiendi nisi in casibus vt lite non contesta. c. quoniam frequenter, ⁊ c. ad hoc deus. in aucten. de testi. §. ⁊ hoc verum. Si fuerint data capitula ⁊ testes nō deposuerunt sup his malitia vel negligētia iudicis. extra de testib. c. per tuas. C. eo. l. i. Si est consanguineus aduersarij. iij. q. v. consanguinea, ⁊ capitu. accusatus, qui dixit testimonium contra te in causa criminali. vj. q. j. quicūq. xxij. q. v. si quis conuictus, ⁊. c. paruuli. qui confitet de suo crimine tā gens principale non valet, sed debet puniri, extra de confessio. c. cum super. Item si est particeps eius cause. ff. de testib. l. nullus.

10 ¶ †Item non creditur asserenti se pregnantē ad hoc vt mittatur in possessionem bonorum defuncti per edictum de ven. in possess. mitten. vt. ff. de ven. in pos. mitten. l. i. §. i. de acq. heredi. l. cum qui

11 dam. †Quero an credatur vni de collegio qui fert testimoniū p collegio, vel contra collegium. dic q sic, vt no. ff. de rer. diuisi. l. in tantum. §. vniuersitas.

¶ Quibus testibus potius credatur.

Dictum est supra quibus modis testes rijciunt, ⁊ nunc dicendum est quibus modis credatur, ⁊ dicendum, q illis potius fides adhibetur, qui

12 sunt in dignitate positi, †⁊ quanto magis in maiori, tāto magis creditur, ⁊ imperatori magis ꝯ presidi. ⁊ sic de ceteris. C. de testib. l. omnis. ⁊ de testi. l. testium, qꝛ fides testis ex eius dignitate approbatur, in aucten. de testi. §. sancimus. †Item magis nobili, ꝯ plebeo, magis honeste persone, ꝯ inhoneste magis diuiti ꝯ pau-

14 peri. ff. de testi. l. testium in prin. †Item magis creditur illis qui dicunt quod nature negotij, conuenit ꝯ aliis. ff. de testi. l. ob carmen.

¶ De numero testium. Rubr.

Dictū est supra quibus potius credat, nūc de testiū nūmero, ⁊ dom est, †q vbi

15 cūq; certus numerus testiū nō adijcit, tūc duo sufficiūt, qꝛ psona

16 lis eloquutio duoꝝ nume. ꝙtenta esse solet. ff. de testi. l. vbi. † In q busdā casibus tres testes regrunt, vt in mutāda volūtate, que per decenniū stetit. C. de test. l. sancimus. Item in diocesa faciēda. i. p uata scriptura. C. qui pot. in pigno. habea. l. scripturas. Item in inuentario faciendo, in auc. de here. ⁊ falci. §. hinc. Item in cōparatione literaꝝ facienda. C. de fide instr. l. ꝙparationes. Item in caute deponendo ⁊ in priuata scriptura depositarij, qñ ꝙfitet apud se depositum, in aucten. de fi. instru. §. si quis igit. ⁊ §. sed ⁊ si qs. item in instrumento in quo mulier ꝙfitet aliquid recepisse p fideiussione. C. ad velle. l. antique. In quibusdam casibus. iij. requirunt ab eis, vt predictis exēplis apparet. In ꝙbusdā quinq;, vt in codicillis faciendis, vt. C. de codicil. l. fi. Item in ꝯctu excedēte libra auri celebrato in ciuitate. C. si cer. peta. auc. sed nouo iure. Item in libertate per epistolam, vel inter amicos data, vel in instrumēto manumissionis reddendo. C. de lat. lib. tol. l. i. Item in ꝙfessione creditoris, dicentis sibi solutū esse. C. de testi. l. testiū. Item in testamētis

17 in villis celebratis. C. de testa. l. fi. † Item in testamētis tantū inter liberos ꝙditis valet qualitercunq; ꝙfectū. l. hac ꝙsultissima. §. ex

18 imperfecto. ⁊ famil. hercis. l. fi. quādoq;. † vij. requirunt. ff. de rep. l. nullus diuortium. Item in accusatione subdiaconi, ⁊ accoliti, exorciste, lectoris, hostiarij Roma. ecclesie, vt extra. ij. q. iij. Item in testamentis scriptis. insti. de test. §. vlt. C. qui test. face. pos. l. hac consultissima. Quandoq;. xj. regrunt, vt accusando eū qui militarem annonam defraudauit. de eroga. mil. an. l. per hanc. lib. xij. Quādoq;. xv. regruntur, vt in subrogatione prepositi sacroꝝ scrinio. C. de prepo. sac. scri. l. vnicuiq;. Qñq;. xvij, vt in accusatione decani cardinali. Qñq;. lxxij. vt in citatione episcopi Cardinalis, sed testes ⁊ accusatores sine aliqua sint infamia, vt in decre. ij. q. iij.

¶ In quibus casibus testes debent rogari. Rub.

Dictū est supra vbi certus numerus testium req-

19 riꝛ, nunc †in quibus casibus rogari debent. Dic breuiter in omnibus casibus certus numerus requiritꝛ, ibi rogari debent, excepto in codicillis, in quibus nō est necesse vt rogatio fiat. C. de codi. l. fi. §. vlti. in alijs debent rogari. C. de testi. l. testiū. ⁊ auc. rogati.

¶ De interrogationibus testium. Rub.

Vidimus supra de numero testiū, ⁊ in quibus casibus

20 debēt rogari, nūc videamus †qualiter debēt interrogari, dic q interrogādi sunt de presentia, vtꝛ interfuerint ipsi testes maleficio ppetrato, vel alij ꝯctui, necne. Item de visu, auditu, loco, tpe, de nocte, vel de die, tempore nubiloso, vel claro de mense, die, anno. Item qui ⁊ quot interfuerūt ꝯctui. Item si ꝯbentes, stantes, vel sedentes ꝯxerūt. Item si, pposuerūt, ⁊ si cognoscunt signa, si prestitit patrocinū huic cause, si est amicus vel inimicus, cognatus vel affinis. si fuit mediator vel transiens hoc vidit. Si impubes vel seruus, decurio vel plebeus, libertus an ingenuus. si ad dom testimoniū pecunia accepit. si damnum vel emolumentuz ad ipsum spectat. Item si simul viderūt, ⁊ interfuerūt ꝯctui. Item si fuerunt instructi, vel rogati vt taliter dicerent. Item de credulitate, scientia, ⁊ similibus circunstantijs, extra de testi. c. cum causam. q. j. in primis. extra de testi. c. lz. iij. q. iij. nihilominus. ⁊. c. putata.

21 ¶ †Nota quādā formā circa testes, de officio iudicis, circa quasdam qōnes ad ipsos pertinētes. In primis q presente altera parte ducant testes ⁊ iurent, extra de test. c. in nomine dñi. nisi absens esset altera p ꝙtumaciā. extra eo. c. i. C. de testi. l. si qñ. §. his qui. ⁊ debent iurare presentibus partibus q dicāt veritatē, p vtraq; parte, nec pretio, nec dolo, odio, vel amore negabunt veritatē, vel admiscet falsitatem. C. de test. l. iurisiurandi. xxxv. q. j. de parentela. Item testes sunt alendi expēsis pducētis. iij. q. ij. vētus. C. de test.

22 l. quoniā liberi. † Item si testificata didicisti, nō poteris de cetero testes pducere sup eisdē capitulis, extra de fide instru. c. cū Jo. extra de testibus. c. causam. ⁊ capitu. fraternitatis. ⁊ in auc. de test. §. qꝛ vero. Item q si testes produxisti non habebis quartam productionē, nisi cū solēnitate quā habes extra de testi. c. fi. ⁊ c. lz. in auc. de testi. §. quia vero. ⁊ dz iurare q nullo mō didicit testificata ⁊ q malitiose nō facit, ⁊ q prio eos habere nō potuit, vt ibidē dicitur. Item nota, q vna dz esse dilatio de iure cōi, ⁊ j. ꝯ debēt dari tres pductiones, extra de testi. c. in causis, ⁊ c. significasti. ⁊ C. ō

23 dilatio. l. j. cū † de ꝙsuetudine gñali dant tres dilationes, ⁊ quarta que est optima legū interpres, extra de ꝛb. signi. c. habere. extra de ꝙsue. cū dilectus. ff. de leg. ⁊ senatusco. l. de interpretatione. Item

24 queritꝛ † quid si testis obscure dixit, vtrū possit illud declarare. dic q sic. ff. de pretor. stip. l. in pretorijs. ff. de iudi. l. si quis intētione. C.

25 de leg. ⁊ senatusco. l. si impialis. extra de testi. cū clamor. † Item testis sinodalis si errat pōt se corrigere incōtinēti, extra de test. eo. c. pe. Item queritꝛ vtrū iudex post publicationē si cognouerit testes male deposuisse, possit ite; examinare, ⁊ punire si opus fuerit. iij. q. ix. nihilominus. ff. de que. l. repe. extra. de testi. cū clamor. ⁊. c. presentata. C. de testi. l. fi. sic primo ad illud, postea ad aliud ducet ipsos testes, extra de test. c. causam. c. veniens. ⁊. c. presentia.

26 ¶ Item qritꝛ † vtrum iudex ex officio suo possit ⁊ debeat cōpellere testes venire ⁊ deponere, dic quod sic. C. de testibus. l. si quando

27 ¶ † Nec vltra. xv. dies ipsos detinere debet in iudicio, vt. l.

illa

illa si quando.ſ.prime allega.ff.de tabu.exhib.l.iij.§.exhibere,extra de vſur.c.tuas.ꝛ.c.dudum.tamen hoc ſecundum canones nō ꝓcedit in criminalibus,extra de teſtib.co.c.dilectus.iiij.q.iij.qui
28 intendit.†Item nota,ineffrenatam multitudinem teſtium non ꝺꝫ pari iudex ꝓduci.ff.de teſtib.l.j.extra de teſtib.ſignificatur.j.nu
29 mero.xl.extra eo. cum cauſam. Item queritur † vtrum lite non dum conteſtata poſſint ꝓduci teſtes? ꝺic ꝙ non.extra vt lite non cōteſta.capitu.quoniam frequenter.ꝛ.c.ad hoc Beus.in auc.de teſti.§.hoc verū.ꝛ.§.ꝛ ſi vero niſi in caſibus in quibus poſſunt ꝓduci etiam lite non conteſtata,vt puta ſi tenetur de morte teſtium vel abſentia diuturna,ꝛ ſenes,valitudinarij,ꝛ.j.annum annuncia bitur parti contra quam ſunt ꝓducti, alioquin non valent ꝓo hoc faciunt oia iura.ſ.allegata.ſ.c.quoniā frequēter,ꝛ.c. ad hoc dominus.ꝛ.§.hoc vnum.ꝛ.§.ꝛ ſi vero.Item queritur ſi teſtes debēt reddere cauſam ſui dicti ſi ſunt interrogati.C.de teſti.l.j.ꝛ.l.ſolaz. vij.q.iij.ſol.ſi non fuerint interrogati,valet eius teſtimoniū,extra de ſen.ꝛ re iudi.c.ſicut vobis.Itē queritur verum lite nō conteſta ta dic vt in.§.ſi vero.ſ.ꝓxime allegato. Vide etiam plures ca ſus in quibus poſſunt recipi ante litis conteſtationez ad perpetuā rei memoriam,vt.ff.de donatio.cauſa mor.l.mortis cauſa donat. cum tribus.ll.ſequen.ꝛ in.l.hoc enim, que eſt tertia de tribus.ſ. dictis.ll.ibi traditur regula vbi poſſunt recipi ante litis conteſta tionem ad perpetuam rei memoriam,nam regula eſt vt vbicunq; preſens periculum eſt, vel futurum ſperant,ꝛ tunc recipi poſſint.
30 ¶Item queritur an † mulier teſtis eſſe poſſit.dic ꝙ ſecundū leges in omni cauſa teſtis eſſe poteſt, preterq; in teſtamentis.inſti.de te ſtamē.§.te.xv.q.iij.de crimine. Sed ſm canones in cauſis crimi nalibus nunq; extra de verborum ſignificatio.c. fœnus.xxxiij.q. v.mulier.in ciuilibus ſic,ꝛ maxime in matrimonijs.extra de teſti. c.cum literis.ꝛ capitu.quoniam aliqua.Itē ſcire debes,ꝙ poſtq; 31 renūciaſti productioni teſtium,debes proteſtari vt tibi ſalue ſint exceptiones opponende tam contra dicta teſtium,q; contra ipſos teſtes,dicendo ꝙ intendis aliquas exceptiones opponere, ꝛ ſi ta lem proteſtationem non feceris,non poteris poſt aperturam dicto rum teſtium aliquid contra ipſos nec eorum dicta opponere niſi ꝺ nouo veniſſet exceptio in notitiam tuam,vt extra de teſtib. preſen tium.Item quero,quid ſi dicat reus volo primo producere teſtes meos, debet dicere actor,immo mei ſunt primo recipiendi, q?† ha bet onus probationis ꝛ priuilegium qui prior appellat.ff.de iudi.l. qui prior,ꝛ de proba.l.ei.extra de ordin.cogni.cum dilectus. Re plicet aduocatus,immo rei ſunt primo recipiendi.C.de inoffic.te ſtamen.l.liberi.in fin.ff.de proba.l.certum.ꝛ de fer.l.ferie.ꝛ de re gu.iur.l.non debet.Sed totum hoc habet iudex terminare ex of ficio ſuo,videat ſi actor dicat ꝛ non producat,vel vt impediat, vel ſi vere vult producere,ad hoc.ff.de rei vendica.l.in fundo.in fi.vi deat ſi periculum eſt in mora,vbi non poteſt ſeruari regula. rigore iuris.ff.de offic.proconſul.l.alioquin. ꝛ ſimilibus.Item queritur
33 † vtrum teneatur dicere ſuper quo vult teſtes producere, ꝛ hoc in ſcriptis facere redigi,videt ꝙ ſic,quia ſi vult ꝓbare inutile non eſt audiendus.C.de probatio.l.ad probationem.Item debet hoc dicere ꝛ predicere,vt ſciat vtrum velit quid tale probare quod ſit admittendum,q? non omnia debent probari.ff.de peti.hered.l. ſi quis libertus.vltra medium.C.qui le.per.l.momentarie. Po teſt reſpondere aduerſarius,tibi non dico,q? tibi non probo, ſed iudici probo ꝛ fidem facio,ꝛ ei dicam ſi debeo dicere.ff.de proba tioni.l.quinquaginta.C.de condi.ob can. tur.l.j.hic qui petit ſic reſpōdeat,ſi debes dicere iudici,iudex dicit mihi,q? in iudicio nil opertum eſſe debet. Preterea iudex neſciret vtruz eſſet vtile vel inutile,ꝛ merita negotiorum ꝛc.C.ſi per vim vel al.mo.l.fi. Ulti mo dic,ꝙ ꝺꝫ hoc dicere coram iudice audiente parte aduerſa vt poſſit contradicere ſi habet cauſam contradicendi. Itē videtur,ꝙ ſuper quo teſtes producuntur in ſcriptis debeat redigi, q? produ cens poterit ſecunda vel tertia die dicere hoc non dixiſſe,ꝛ dabit materia variandi verum ꝛ probandi falſum.ff.de eden.l.j.§.edi tiones.ꝛ ibi plene. Reſpondeat aduerſarius,ſufficit ꝙ ego verbo tenus dico,ꝛ ſic non tenetur facere ſcribi,vt.ff.de edē.l.j.§.edere. Iudex ex officio ſuo faciet ſcribi per perſonam publicam, ne veri tas poſſit perire.ff.de teſtib.l.curēt.C.de fide inſtru.l.plures. ꝛ ꝟ locum habet in omnibus que dicunt a partibus in iudicio extra ꝺ probatio.c.quoniam contra falſam.ff.de proba.l.quorum proba tiones.detur in ſcriptis intentio probandi,ꝛ iudex eam videat di ligenter,ꝛ quod eſt ibi legitime dimittat, deinde det dilationē ad ꝓcedendum ſeruata doctrina.C.de dilatio.l.j.Item quero vtrum
34 † quis cogatur dicere numerum ꝛ nomina teſtiū.dic ꝙ nomina te ſtium quis non tenetur dicere abſolute,niſi eſſet conſuetudo loci, vel niſi appareret ꝙ fraudulenter ſubijceret,ꝛ ſuper his inſtituet aduocatus vtriuſq; partis.ff.de excep.l.non ex omnibus.C.ꝺpo. l.penul.finita dilatione venient teſtes,ꝛ ille contra quem produ cuntur,vt recognoſcat eos,q?† teſtes debet agnoſcere ille contra
35 quem producuntur.C.de iur.delib.l.fi.§.j.vt ibi no.Butriga.

¶Qualiter exceptiones opponantur teſtibus,ꝛ quid in ipſis ex ceptionibus fieri debet. Rubr.

36 Dic qꝺ ſi teſtes ꝓducuntur ꝓ te,eis potes obijcere aliquam exceptionem illarum ex ceptionū pp quas teſtes ſubmouent, vt q? ſeruus, vel q? inimicus ꝛc.obijcias,ꝺꝺo,dico talē teſtē ꝓ me introductū,teſtē eē nō poſſe pp talē cām,ꝛ ſic nō eſt admittēdus.ff.de teſt.l.j.adhiberi. Debit reſpondere teſtes producens,immo admittendi ſunt,ꝛ vtrum cau ſa illa ſit vera necne diſputationis tempore ſeruabitur,vtrum ſint admittendi,necne. Reſpondeat aduocatus partis contra quam producuntur teſtes,iſti teſtes non debent recipi ſub conditione,q? actus legitimus eſt.C.de ſen.l.penulti.ff.de reg.iur.l.actus ad hoc reſpondeo,ꝙ ſi conſtat ꝙ non poteſt eſſe teſtis non debet recipi,vt d.l.j.ff.de teſti.ꝛ quia ſuperfluat receptiones ꝛ ſuperfluo iuramen to non eſt quis grauandus.†Si vero conſtat,ꝛ incontinenti vult facere fidem ꝙ non poſſit eſſe teſtis,recipienda eſt probatio.ff.ad exhib.l.iij.§.ibidē.ff.ad trebel.l.ille a quo.ꝛ ibi no.extra de teſtib. c.veniens.ij.de reſtitu.ſpolia.c.literis.vltra medium.ſi iudex ve ro probabit recipiendos teſtes,appellet ille contra quem teſtes ꝓ ducuntur.ff.qui.ſatiſda.cog.l.arbitri.argu. contra.C.quo. appel. no.re.l.ante ſententie.Si vero pronuncietur non eſſe recipiēdos, appellet ille qui produxit,ſi vult iure canonico iſtā appellationez cognoſci,ꝛ ceſſabit interim cauſa principalis iure eccleſiaſtico,ꝛ ſi incontinenti non vult eos probare,recipiantur ſeruato tempore diſputationis quidquid ꝛ quantum debet eis credi,vt.C.de teſti. auc.ſi vero.ff.de tutel.l.mutus.§.j.cum non conſtet teſtes recipiē dos,dicat ille contra quē producti ſunt,volo facere libellū ꝛ inter rogationem meam contra teſtes quos vis ꝓducere,quod vſu ma
38 gis eſt approbatū q; lege cautum.†Quid ſi teſtes dubitent vel va cillent.non valet eorum teſtimonium, extra de appella. ſolicitu dinem,quia quaſi contrarius,ꝛ dubitare,ꝛ vacillare idem ſignifi cat.C.de acqui.poſ.l.nemo vacillans dicitur qui dubitando ꝛ ti mens loquitur.Itē ꝛ qui varie loquitur.ff.de fal.l.eos.ꝛ de teſti.l. eos.ij.ꝛ.l.falſam; horum autem teſtimoniū non vz, imo puniūtur vt.C.de teſti.l.nulluni.Inn.in.c.penul.extra de teſti.co.ꝛ in.d.c.
39 penul.extra de teſti.†Varians dicitur qui non ſtat firmus ꝛ in ꝺic to,contrarius dicitur qui contraria reneaciter aſſerit.c.penulti.
40 extra de teſti.†Quid ſi teſtis dicat neſcire diem vel horam,vtrum ipſius teſtimoniū valet dic ꝙ ſic.ff.de accu.l.libellorum niſi nego tium eſſet tale,ꝙ requireretur ſcieſitia diei vel horę.ff.quod vi aut clam.l.aut qui vbi dicitur ꝙ ſi denuntiatum fuit nouū opus,ꝙ po ni debet in inſtrumento denuntiationis dies,ꝛ hora diei, vt.C.de ſtrabē.ꝛ com.ſtipu.l.penul.ꝛ ēt ꝙ qui prior eſſet potior eſſet, vel vbi poſteriora derogant prioribus.ff.de legi.ꝛ ſenatuſconſul.l.ſed eſt poſteriores.ff loca.ꝛ conducti.l.in operis.ff.de pignor.l.ſi fun
41 dus.†Queritur vtrum debeat dari copia interrogationum parti, contra quam producuntur,cum in ſecreto ſint dande iudici, quia ſi pars ſciret partem inſtrueret. Reſpondeo ſi tale interrogato rium continet queſtiones ꝛ deſtructionem teſtis,ſecretū ſit omni no vt dictum eſt Si vero contineat queſtiones ad probandum in tentionem,videt ꝛ exceptionē illius contra quē producitur,ꝛ tunc dāda eſt copia ad hoc vt ſeruet equalitas. Sed quando fiet ſcōm interrogatorium de quo facta eſt mentio.ſ.in.iij.q.proxima. Reſ pondeo ſi conſuetudo eſt loci vel fori,ꝙ poſt aperturam interrogent ad petitionē illius ꝓ quē ꝓducit,ſcīs eſt ꝙ fiat tunc interrogatiū poſt aperturam. ſi non eſt cōſuetudo loci oportet quod fiat ante.
42 †Queritur quid ſi teſtis dixit aliquod verbum ambiguum vel ob ſcurum ad poſtulationem alicuius.dico quod tale verbum ambi guum interpretabit ꝑ iudicem vel per teſtem ex ſuo officio.ff.de re gu.iur.l.cum ambiguis.ꝛ.l.nerarius.ff.de teſtam.l.heredes.§.j.ſi vero non dixit verbum ambiguum,ſed dixit aliquid,ſuper quo il le contra quem producit,non potuit eſſe inſtructus,dico adhuc ip
43 ſum teſtē interrogandū.†Quero quid ſi iurauit,ꝛ adhuc nō fuit da tus libellus.Rñdeo dabit poſtea,ꝛ differretur ſcribi teſtis dictū quouſq; ſit factus libellus.ſed q?tuz expectabit teſtis.Rñdeo for te p.xv.dies.C.de teſti.ſi qñ.Sed cuius expenſis interim, dic ꝙ ꝓducētis.C.ꝺ teſti.l.qm̄.ꝛ de ap.l.eos vel dic ſi qd ē qꝺ iputet ei q ꝺꝫ ferre libellū,ipſe interim faciet expenſas,vt deſidie penam luat
44 vt.C.depoſiti.l.final i.in fine.†Quid ſi erat teſtabilis eo tempore quo iurauit,ꝛ inteſtabilis eo tempore quo deſcribit.dic ſpectatur

tps iuramēti.ff.qui testa.face.pos.l.ad testium.in prin.vel dic tps quo scribit.ff.de testa. mi.l.añpe.vel distingue cuius dolo vel culpa fuerat dilatū tps.ff.de mino.l.intra vtile tps.i.respon.ff.de excusa.tuto.l.sed z si preferatur.C.ad.l.iul.ambi.l.fi. † Item quero vtrū dicta testiū debeant aperiri absente parte, maxime parte cōtra qnā testes pducunt, dic q non, nisi absens esset p ctumaciā.ff. ad.l.iul.de adul.l.si postulauerit.§.de questione, ad hoc, vt predicta pars possit prestari ꝯ personas z dictatestium, vt extra de testib.presentium. † Quero quid si non repiunt interrogati de omnibus interrogationibus factis, z approbatis. Rndeo interrogentur, vel index, vel tabellio qui pretermisit resarciet.ff.de iudi.l.non gdqd.§.j. † Quid si pars requisiuit testes.j.tempus vt testificarentur, z ideo forte succubuit, qz non testificati fuerūt. dic q imputabitur voleti eos pducere si non fecit, z per ipsum remānsit, quin faceret eos cogi.ff.de tab.exhib.l.locus.§.hoc, z hoc sine cā similis sine criminalis sit.C.de testi.l.si qñ.ff.eo.tit.l.i.§.j. qđ vez est si nō fuit petitum a iudice. Sed si petitū fuit, z ipse iudex recusauit, tūc iudex resarciet dānū.ff.de mag.conuen.l.j.ff.de dā. infect.l.iij.§. penul. Sed nunqd testis qui noluit iurare tenebit. dico q sic, qa testificari publicum munus est z necessariū, vt.ff.quemadmo.test. aperiā.l.cum ab vno.z.l.sed z si quis. ideo dz dānū resarcire.ff.de admi.tu.l.quidam.in fi.z.l.tutor, z.C.de excu.tuto.l.qm. Quero quid si testes sint producti z publicati, z eorum dicta sunt admissa, quid iuris sit distingue si apud iudicem sunt admissa vel publicam personam aliquam ipse resarciet damnum, z graniter puniet, .C.de appel.l.ne causas. z de testib.l.quando. Si apud illum contra quem sunt pducti itez pducant nec possit obijcere pp vitium suum q semel sunt pducti, z ad hoc.ff.si omis. can. testi.l.quid autem.§.non simpliciter. Si autem apud illum qui pduxit imputet sibi, z q iterum non lz ei pducere, qz sic daret materia z occasio ō linquendi, z fingendi se amisisse, z pducendi iterum suborn atos, z materia peccandi auferenda est.ff.de iureiur.l.ait prator.§.j. z de eden.l.editiones. Si pbet se euidenti casu amisisse pducet iterū, vt.ff.de eden.l.si quis ex argentarijs.§.pennlt. z §.fi. z.l. seq. videt tamen q in primo casu possit pducere, qñ stetit per iudicem, qz piculosum esset ei litigare cum iudice, z pbare interesse difficile, vel ad minus beneficium restitutionis ex illa clausula generali si qua iusta causa, vel ex illa speciali si perpetuo. † Quid si mortui sint testes in predictis casibus. index videbit si quidem vt dictum est euenit p eum ꝯ quem producti sunt si amisit. Sz quomodo pbabit dānum hic forte sacramento illius qui testes pduxit. C. vnde vi. l. si quando. Sed quero vtz ille qui testes pduxit teneat rndere positionibus factis per illū contra quē testes pducti sunt sup dictis testiū, vel super personis eorum, vt qa ponat q dictum eoz non teneat qa varia dixerūt z c. vel sunt infames z c. Dubitatio huius qst. est, q: poterit dicere pducens non teneor accusare testem meum, nec inducere turpitudinem suam, vt. C. vt nemo innuit. a. z c. Sed illud lz locum ne principaliter ab initio criminaret. Sed quū qs admittit ad pbandum causam remotionis, ergo omnino tenetur rndere. Itē quero quid si aliquis volebat q quidaz ferret testimonium pro vo, z quum eum duceret ad testimonium dicendum, testis iste libenter nolebat iurare, dixit z exclamauit coraz omnibus dicēdo, oñe index de isto facto nihil aliud scio, nisi id quod ipse dixit, vz pducens, z hic producens semper presens erat, vtrum amplius eum inducere possit. dubiuz est qz testificata didicit, z sic vt eum vlterius inducere non posse. Sed contrarium puto, qa differentia est inter testificata z testificanda. † Testificata dicunt quū testes testimonium dixerunt z eorum dicta in actis sunt redacta, z post aliqua pars didicit testificata. testificanda sunt que non sunt dicta, sed dicēda, q ita sit intelligendum, auc. qui semel. euidenter pbat. Item querit vtrum postq̄ pars didicit testificata possit saltim testes inducere ad corroborationē eoz dicti. z videt q sic, vt in auc. de testib. §. qz vero multi. Sed contrarium puto, z si se habet consuetudo. † Sed nūquid postq̄ pars didicit testificata, possit testes inducere ad reprobandum tests, videt q non, qz testificata didicit. contra puto, vt quod velit dicere pars q sunt criminosi infames, z si scim eos a principio infames vel criminosos esse, si tamen ab initio protestatus de iure meo, z eius questio seruata est postea, supradicta probat auctenti. posita. C. de testib. ancten. si dicuntur. et. l. si quis testibus. Sed vbi a principio scini testes esse infames vel crimmosos z c. dum producerentur, z nihil dixi preiudicauit mihi, z ita domi. Azo dixit, vt audiui. Sed si velim reprobare dictum testis, semper possum testes inducere, vt in auctenti. de testib. §. quia vero. Sed decretal. dicit, z si nihil abinitio protestatus fui, nec aliquid dixi quod post publicationē processus possum dicere criminosos, vel infames z c. vt capitu. deniq̄. extra de exceptionibus in glo. fina. z extra de testibus capitu. presentium.

† Sed nunquid potest aliqua pars post publicationem aliquas interrogationes facere testibus aduerse partis, per quas aliquid probet. Videtur quod sic, z in hac opinione erant multi docto. bononie. Sed contra dico quod possit causam sui dicti explorare, z sententiam suam mutare vel variare, vt.ff.de testamen.l.heredes. z de hered.instit.l.asse. Super nono tamen capitulo, z de nouo emergenti bene possunt fieri interrogationes, z testes induci, vt .C.de testibus.l.si quis. z extra de testib. capitu. fraternitatis.

† Quid si renunciatum fuit testium productioni, testificata tamen non didicit, vtrum poterit non obstante renunciatione testes producere. credimus quod sola renunciatio nō faciat quod testes vlterius non possint produci, sed scientia dictorum testiuz, vt in auctenti. de testibus. §. quia vero multi. z. C. de iudi. auctenti. iubemus. non enim potest postq̄ testificata didicit, testes inducere, vt .C.de probationi. l. exceptiones. z de rei vendica. l. officium. Sed quidam dicunt, quod aucten. corrigit. ll. istas, z omnes alias que hoc dicunt. Sed hoc dicere nobis non placet. Sed domino meo visum est distinguendum, vtrum quis produxit testes extra iudicium, vel in iudicio, si extra z didicerit testificata suorum testium, non fiat ei preiudicium, sed si in iudicio, produxit, locum non habet hec auctenti. ¶ Item pone quod testis dicit se male dixisse, vt pone quod testis aliud coram arbitro, z aliud coram iudice, quid erit hoc casu faciendum. z dicimus quod vltimo dicto stetur, z puniatur vt falsarius. ff. de testibus. l. qui falsa. quod vltimo dicto stetur, facit. ff. de questioni. l. repeti. z in auctenti. ea. §. licet. ff. de inofficio. testamen. l. si cui. Alij dicunt quod primo stetur, qz presumitur quod corruptus hoc dicat. Ego neutrum dico, nec credo, z ita de facto seruatur Bononie. Jaco. but.

† Sed pone quod testis dixit testimoniuz, z notarius cause scripsit, dum notarius legit dictum suum in publicatione, dicit testis se sic non dixisse. vel pone quum tabellio legit citationem factam a precone, qui dicit predicta die se non citasse, nunquid stabitur dicto testis vel preconis, vel tabellionis. dic quod stabitur scripture, nam talis facit fidem sine testibus, vt. C. de donationi. l. donatio. z extra de testibus capitul. quoniam contra fal. z plenissime nota. per Innocen. in. d. capitu. Item pone quod testis tulit falsum testimonium die feriato, quamuis ipsius dictum non teneat, vt puta quia die feriato dixit vt dictum est, vtrum de falso puniatur. dic quod sic, vt. C. de episcopal. audiē. l. si clericus z. ff. ad leg. cornel. de fal. l. si quis legatus.

¶ De contrarietate testium. Rubri.

De contrarietate † testium quid sit tenendum, distingue, aut vnus testis contradicit sibi expresse, z eius testimonium non valet, vt. j. q. viij. puta. extra de appella. sollicitudinem. C. de libe. can. l. cum precum. nisi hoc fecerint corrigēdo se z incontinenti, extra de testi. co. pretera. Aut est falsus, z tunc videtur in nullo eius testimonium valere, vt dixi. §. diuitin. ix. si ad scripturas. Aut vnus testis contradicit pluribus, z tunc talis contrarietas non obstat quia testimoniuz vnius non iustificat, nec damnat. xxx. q. iij. admonere, nisi cōtradicat pluribus testibus cum quibus scriptus est in vno instrumento. ff. quemadmo. testamen. aper. l. j. in fi. † Sed quid si in tali instrumento sunt tot testes, q sine eo sufficiunt, quis vnus cōtradicat, nunquid talis contradictio obstet, z dic q non, vt no. in. d. l. §. proxime allega. Si vero plures pluribus, subdistinguunt quidam quia aut contradicunt testes ex eadem parte producti, z tūc nullius testimonium valeat. iij. q. viij. nihilominus. z videtur hoc expressum extra de probatio. bi. sicut quando diuerse scripture ex eadem parte producuntur, que sibi contrarie sunt, z tunc nulla ex illis valet, vt extra de fide instru. c. scripture. Sz si ꝯdicunt testes partis aduerse, tūc prenalet testimonium pluriuz testimonijs paucorum, nisi illi testes sint meliores, vel magis verisimiliter loquātur. Hanc opinionem non approbo, lz enim testes contradicant, non dico hoc casu q eoruz testimonium nō valeat, lz ita sit in instrumentis, qz instra sua potest quis pducere ēt q sibi contradicant, vnde imputet sibi si contraria instra exhibet, sz in testibus nescīt quid dicturi sint, dicas ergo, q si testes contradicant testibus, sine ex eadem parte, sine ex aduersa parte pductis, primo concordabit † Index contrarietatem illam si potest, extra de testi. cum tu fili. in decre. j. di. periculose. z extra de verbo. significatio. nihil obstat. Idem potest dici de contrarijs instrumentis, extra de cōsuetudi. cum dilectus. nisi sit manifesta contrarietas. iij. questio. nihilominus. xxx. questio. vj. de parentela. vbi ergo testes contrarij

trarij sunt semper testimonium plurium prevalet, nisi ex altera parte tanta sit dignitas, q̄ merito debeat preiudicare numero, vel verisimilia loquantur, vel nisi per pauciores testes plures probarentur q̄ per plures verbi gratia plures testes probant me possedisse rem per .x. annos, pauciores probāt te possedisse per .xl. annos eandem rem, & postea dicunt titulum possidendi, tūc dicemus valere testimonium pauciorum, & hoc verum vbi testes de eodem
57 tempore introducti sunt. † Si autez testes ex communi parte sunt pares & in numerro, & in dignitate, tunc fertur sententia pro reo extra de probatio. ex literis. & de fide instrumen. inter, nisi in matrimonio, & in causa liberali pro testamento, & in dote, vt extra de sen. & re iudi. c. fi. si autem neuter possidet, sed vterq̄ petit rez ab extraneo, tunc si vtriusq̄ partis testes sunt pares, diuidatur res, si potest, extra de presump. afferte. Si res est indiuidua, potest iudex gratificare, & dare cui voluerit, extra de parrochi. capitu. primo vel res sorte diiudicatur. xxvj. q. ij. sors. † si vero testes cōtradicunt instrumento, aut contradicunt instrumento in quo sunt scripti, aut instrumento in quo non sunt scripti, primo casu prevalent
58 testes instrumento, extra de pba. c. tertio. & de con. apo. p tuas. ff. quemadmo. testamen. aper. l. j. & in auctenti. de fide instrumē. §. si vero. Secundo casu dicunt quidam q̄ semper preiudicat viua vox mortue, vt in auctentica de fide instrumen. §. si vero. colla. vij. Alij dicunt, q̄ si factum est remotū ab hominum memoria potius credatur instrumento, q̄ testibus, sed si factum est recens potius credatur testibus, tunc ideo quia memoria vltra annuz nō habetur. ff. de probatio. l. si arbitri tunc ideo quia testes consuerunt eorum fidem variare ex tractu temporis. ff. de carbo. edic. l. ij. §. one. ff. de damno infecto. l. qui bona. §. fin. ego credo q̄ contra instrumentum admittantur testes quantuncunq̄ sit publicuz extra de prescrip. ad audientiam. C. de probatio. l. cum precibus non tamen credo q̄ testimonium duorum vel trium prevaleat instrumento, nam cum instrumentum obtineat vicem duorū testiuz,
59 & postea † rabellio equipollet, vel maior sit vno teste, oportet q̄ ad minus reprobetur instrumentum per quatuor testes, vt extra de fide instrumento. cum Joan. fallit tamen hoc in duobus casibus, vbi videtur q̄ contra instrumentuz non admittantur testes sicut contra inuentarium publice confectum non admittuntur testes. C. arbi. tut. l. fin. & in confectione que fit a muliere in instrumento, in quo q̄fitetur se recepisse pecuniam per intercessione. C.
60 ad velleia. l. antique. † item quero quid si vnus de collegio ferat testimonium pro collegio, vel contra collegium, vtrum tale testimonium valeat nec ne, dic q̄ sic, vt. ff. de rerum diuisio. l. in tantū.
61 §. vniuersitatis. † Item quero quid si aliquis accusatus est q̄ interfecerit quendam in quadam domo, & testes producti ad probādum dictum maleficium, probant q̄ dictum maleficium commissum fuit ante dictam domum, vtrum sit probatum, dic q̄ sic, vt. ff. de verborum obligatio. l. qui ante chalen. cum ibi not. Item quero quid si quidam testes producti ad probandum aliquod maleficium quod dicitur esse commissum in quadam domo, & quidaz de predictis testibus dicunt, dictum maleficium fuisse commissum in dicta domo, quidam fuisse commissum ante domum, vtrum sit probatum, vel vtrum tanquam varij repellantur & dic q̄ probatū est & varij non sunt per. d. l. allegatā. §. proxima questione videlicet. l.
62 qui ante chalen. ff. de verborum obligatio. & sic supra proximam questionem coniunge cum ista. † Item quid si testis dicat aliquē vidisse, tenuisse, & possedisse, & nescit quod sit possessio, nunquid dictum suum valeat, & de qua possessione videatur ipsum probasse, dic primo q̄ dictum suum valet, secundo q̄ videtur probasse illaz possessionem super qua productus est hoc no. ff. de verbo. oblig. l. stipulatio ista habere licere. §. hec quoq̄ stipulatio, & dic p Bynum vt ipse notat super ipso. §. item si testis obscure deposuit in iudicio, pro quo deber fieri interpretatio, dic per By. extra de reg. iuris. c. contra euz libro sexto. Cauetur statuto alicuius ciuitatis q̄ si quis produxerit testes falsos, q̄ soluat certam penam, modo quidam produxit vnum vtrum teneatur ad dictam penam, dic q̄ sic argumen. ff. de nego. gest. l. ait pretor in princip. & §. negotia. Item quero quid si duo testes dicant, q̄ quidam fundus valet cētum, & non plus, duo dicunt q̄ valet ducenta, cui dicto stabimus,
